

Vire.

IRIS.

CAP. I.

Omnia
exemplaria
in hunc
modum
caule.
sub
mutila.

IRis à cœlestis arcus similitudine nomen accepit. Folia fert gladioli, sed majora, latiora, & pinguiora. Flores in summitate cujusque caulis, æqualibus inter se spatiis distant, incurvi, varii: siquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei & cœrulei conspiciuntur: quæ diversi coloris specie, quædam cœlestis arcus imago representari videtur. Radices subjacent geniculatæ, solidæ, odoratæ: quæ frustatim dissectæ, in umbra ficcantur: & trajectæ lino reconduntur. Melior est Illyrica, & Macedonica: & inter has laudatissima, quæ & mutila ferè, & densa constat radice, frangenti contumax, subrufo colore & gustu amaro, odore perquam grato, & sincero, ita ut nullum prorsus situm redoleat: quæ dum tunditur, ster-
nutamenta movet. Secundum locum habet & Africana, candicans, gustuque amara. Teredines in ve-
tustate sentiunt: tunc tamen odoratiores reddi solent. Vis omnibus excalfactoria, extenuans, contra-
tullim efficax: humorum, qui ægre rejiciuntur, crassitiem digerunt: bilem, crassamque pituitam ex hy-
dromelyte drachmis septem eporæ purgant: somnum conciliant, lacrymas ciunt, torminibus meden-
tur. Eadem potæ ex aceto auxiliantur serpentium ictibus, lienosis, convulsis, perfrictionibus, horro-
ribus, & quibus genitura effluit: menses ex vino potæ pellunt. Decoctum earum, seminarum fotibus
utiliter imponitur, ad emolliendos locos, laxandæque in eis venarum spiracula: ischiadicis infunditur:
fistulas, ac finis carne explet. Radices ex melle glandis modo subditæ, partus extrahunt, quinetiam co-
ctæ & illitæ, strumas veteresque duritias emolliunt, Siccæ quoque ulcera replent, & cum melle pur-
gant: nudata ossa corpore operiunt: doloribus capitis cum aceto, & rosaceo magna utilitate illinuntur.
Admotæ cum albo veratro, & duabus mellis partibus, lentigines & vitia cutis in facie à Sole contracta
emaculant. Pellis, malagmatis, & acopis inferuntur. In universum magni ad omnia usus.

Iridis ge-
nera, e-
jusque
confide-
ratio.

Impro-
batur o-
pinio as-
serentium
Iridem
nullum fer-
re semine.
Iridis syl-
vestris
genera.

IRis in universum sativa est. & sylvestris, illius tres numerantur species, versicolor, lutea, candida. Hujus tantum dua
major & minor. Sativa passim in hortis & viridariis habetur, folio gladii formam referente, striato, acuminatoq;
caulem proferi levem, cubitalem, rotundum, geniculatum, à quo ramuli in summitate exeunt, & quibus flores prodeunt
violacei coloris, æqualibus inter se spatiis distantes, & varii in medio coloribus sese immiscentibus Iridis cœlesti modo.
Capitula edit oblonga, gladioli modo, crassiora tamen, in quibus semen concluditur retundum, sesame magnitudine.
Quo sit ut manifeste ducantur errore, qui Iridem nullum ferre semen contendunt. Radix uest Iridi candicans, solida,
geniculataq;, à cujus infima sede, copiosa funduntur fibra, ut in majori pñu, odorata, gustu acres, & subamara, perinde
ac radix. **S**YLVESTRIS dñum est generum. Altera, quæ plurimum saxosis collibus & asperis nascitur locis, sativa
per omnia similis, minoribus tamen foliis, & floribus, radicibus gracilioribus, ac & caulibus. **A**LTERA solius gladioli
paulo longioribus radice tenui, lignosa, geniculata, subrufo, inodoratq;, & graminis ferè modorepente: caule brevi: flore
ceteris longè minori, odore Armeniaci mali. Constat hæc foliis novem purpureis, quorum extrema, superiore tantum par-
te, aureis pinguntur lineis. Sunt qui hanc legitimam Illyricam putent, Illyricam ab Italica differre existimantes, in
quorum sententiam etsi jam pridem devenerim, tamen longè aliter rem se habere postmodum comperi. Quandoquidem
præferri Illyricam noverim, non quod genere, vel specie à nostrate differat, sed quod cœli, soli, illius convenientia,
præstantioribus polleat facultatibus: ut absinthium, quod in Ponto nascitur: acorum, quod in Colchide, & Galatia: cy-
perus, qui in Syria, & Cycladibus insulis costus, qui in Arabia: crocus, qui in Coryco monte: myrrha, quæ apud Troglo-
ditas, & Minæos legitur: & alia quam plurima præferuntur à locis, quorum dore selectissima, præstantissimaq;, prove-
niunt. Id enim aperte testatur gravissimus auctor Galenus lib. primo de antidotis, his verbis. Omnes itaque herbarii un-
animes scripserunt Irim in Illyrio natam optimam esse: petroselinum verò, quod in Macedonia provenit: bitumen è
Judæa advectum. item & opobalsamum. idem & in reliquis fecerunt, quorum dotes à regionibus acceptas, cum privatim
de unoquoque loquimur, non omitemus: hæc Galenus. Docuit id etiam ante Galenum Theophrastus lib. ix. cap. vii. de
historia plantarum, sic inquiens. In Europa nihil præter Irim inveneris, quæ optima apud Illyrios exit, non tamen par-
te maritima, sed mediterranea, magisq; ad septentrionem sita. Verum loci à locis differunt, ita ut producere meliorem
possint. Quibus palam est Illyricam Irim non genere, & facie, sed viribus tantum è nostrate disjungi. Sativa (ut arbi-
tror) ex agresti originem duxit, quemadmodum plantarum aliarum pleraq;, cultu tamen vegetior grandiorq; esse-
rta. Seritur jam & altera, quam flore & foliis minorem esse diximus, quæ etiam in hortis frequens est, tam ipsius floris
amantate, tum odoris præstantia, tum etiam quod novis floribus delectentur homines, adeo ut jam tot sativa, quor syl-
vestris habeantur genera. Sunt tamen, qui putent nullam Irim domesticam reperiri, quod scripserit Theophrastus loco
antè citato, nullum Iridi cultum accommodari. Sed ii, meo quidem judicio, decipiuntur: quandoquidem Theo-
phrastus eo in loco non de omni in universum Iride differt: sed de Illyrica tantum, quæ cum loci ac cœli clementia
in Illyrico tractu optima spontè proveniat, non est necesse, ut colatur. Præterea cum hodie Iris domestica passim
in Italia hortis lata, virens, pulchræque spectetur: sylvestris autem in plurimis montibus sponte nascatur, flori-
bus & foliis sativa longè minoribus, radice tenuiore, brevior & aridior: nulli quidem absurdum videri debet,
si nos utranque depingi curavimus. Quin etiam compertum habeo, veteres quoque Iridis sylvestris mentionem fecisse,
non solum Marcelli medici auctoritate cap. 24. qui præterea Irim domesticam culturamque illis fuisse ostendit: sed Ga-
leni quidem testimonio, is enim Iridis sylvestris meminit lib. 10. de com. medic. secundum locos, dum nephriticas com-
positiones ab Asclepiade conscriptas recenset. Quin etiam Plinius lib. 27. cap. 11. Medii folia Iridis sativa foliis comparat.

Opinio
reproba-
ta eorum
qui Iridem
domestica
reperi-
ri ne-
gant.

Sylve-
stris utra-
que ubi
plurima
oriatur.
Iris can-
dida.
Iris au-
rea.

Sylvestris utriusq; generis plurima oritur in Goritiensi agro Salvatino monte, & Japidia collibus inter saxa, odore non
ingrato: quamvis etiam ambas viderim in campestribus non longè à Sontii ripis. Est præterea insativarum genere, quæ
flores nivei candoris, quæq; aureos proferat. Hanc in Bohemia passim colunt in hortis. Illam pluribus in locis in Hettru-
ria vidimus, cujus radix odoris fragrantia, & virium robore Illyricam ferè æquat. Nec puter velim eam, quæ flore est za-
reo, pseudoacorum esse vulgaris usus. Est enim hæc Iridis propria species, ut florum figura, & ipsa attestantur radices. Iri-
dis meminit Plinius lib. 21. cap. 7. sic inquiens. Iris radice tantum commendatur, unguentis, & medicina nascens. Lau-
datissima in Illyrico: & ibi quoq; non in maritimis, sed in sylvestribus Drilonis, & Narona, quod à Nicandro transcrip-
pisse

psisse videtur. Proxima in Macedonia longissima hac, & candidans, & exilis. Tertium locum habet Africana, amplissima inter omnes, gustuq; amarissima. Illyrica quoque duorum generum est: raphanitis à similitudine, qua & melior: rhizotomos subrusa. Et cap. 20. ejusdem libri, Iris rufa (inquit) melior est, quam candida. Quibus in locis sibi manifestè repugnare videtur Plinius: quod superius raphanitem, quæ candidat, rhizotomo, quæ rufescit, anteposuerit, hic verò contrà. Dioscoridi præstat, quæ subruso constat colore, qualis Plinio rhizotomos. Cæterum (si Theophrasto & Plinio credamus) non omnis Illyrica præstat, sed quæ tantum in sylvestribus nascitur: siquidem quæ in maritimis foditur, humore prægnans improbat, quod subinde flaccescens contrahatur in rugam. Succus hydropicus propinandus, quoniam recenti Illyrica destituimur, è nostrate elicitur, ducitq; abunde aquas. Excalcit Iris ordine secundo completo, vel tertio inchoante, & pariter siccatur. Atque præter vires, quas illi adscribit Dioscorides, aliis pluribus pollet, quandoquidem comper-
10 tum est, mansam oris halitum commendare: dentium dolores mulcere si radicis decocto iidem foreantur: coquit item abstergit, digerit, resolvit, lenit, referat, expurgat, & dejicit: vulnerum medicamentis immista sarcotica est. Radicis expressus succus bilem flavam, pituitam, & aquas cutem subeuntes pellit, hæmorrhoidas foris elicit. Fit quoq; electuarium ex succi radicis Iridis drachmis tribus, Galanga, Zedoaria cujusq; drachmis duabus, Cinnamomi, Caryophyllorum cujusq; sesquidrachma, marina brassica semuncia, & mellis quantum sat fuerit ad excipiendum: quo maxime juvantur aqua intercute laborantes, ubi quotidie semunciam jejuni devorant. Quin etiam Iridis radicem farina, drachmarum quatuor pondere, additis cinnamomi, & anethi cujusq; drach. duabus, & croci scrupulo, dolores, & tumores testiculorum, mirifice tollit, si panis coccinei frusto, albo meraco persuso, hæc omnia in pulverem contrita excipiuntur, & calida apponantur. Eiusdem radices vestibus interposita, eas à tinearum erosionibus tuentur, & odoris fragrantia commendant. Radix ipsa contrita, & ex aceto bibita, omnibus adversatur venenis. Succus radicis naribus insusus
20 cerebrum à pituita mirifice purgat: ventriculo tamen nocet cum per se tantum bibitur: ideoq; à peritis Medicis exhiberi non soles, nisi admixta mulsis, & Indica nardo. Porum radicis decoctum obstructions aperit, præsertim ubi crassa fuerit impacta materia, & ventris tinea pellit, urinas ciet, & renum calculos ejicit. Datur potandum utiliter ictericus, quippe sudores movet, & auriginem excrevit. Pulmones, & thoracem expurgat, & Fecinoris inflammationibus auxiliatur. Recentes Iridis radices saccharo aut melle condita, dantur utiliter devoranda uncia pondere calculo affectis, & anhelandi difficultate laborantibus, quin etiam hydropicis, ac resolutis: eadem in passo decocta, contusaq; addita hordeacea farina, & illita, parotidas belle disentiunt. Illyrica pulvis sesquidrachma pondere, datur ex passo calido, perquam utiliter ad Iliacos affectus. Oleum, quod è floribus, & radicum succo paratur resolvit, emollit, concoquit, frigidos dolores mulcet, attenuat, & mirifice confert Fecinoris, & lienis doloribus: Podagricos juvat, lenitq; articulorum duritiam, ac cæterarum corporis partium: præstat & ad frigidos uteri dolores, ad convulsos, & aurium cruciatus. Usus apud veteres est radicem
30 tantum, quamvis nunc non desunt recentiores, qui flores quoq; in medicum videntur usum. Iris sylvestris major excalcit & siccatur valentius tamen quam domestica. Eiusdem cum domestica vires habet, sed aciores ac etiam valentiores. At sylvestris minor, excalcit & extenuat ordine primo aut secundo inchoante. Præstat eadem quæ cætera Iridis genera, minor tamen efficacia. Fit è floribus oleum, quo quidam utiliter utuntur ad tumentes ex partu mammæ, & ad testium inflammationes. Reperio quoddam esse Iridis genus, quæ Astragaritis cognomine dicitur. Id enim ostendit Galenus lib. 1. de comp. medicam. secundum locos cap. 1. ex Sorano transcribens: item Aetius lib. 13. cap. 3. qui quibusdam in emplastris Irim astragalitidem imponunt. Veruntamen cum antiquorum, vel recentiorum repererim neminem, qui in simpl. medic. libris hujusce Iridis meminerit, quid certi de hac re proferam, sanè non habeo. Cæterum Cornarius, qui in prædictos Galeni libros commentarios edidit, Irim astragalitem, & Astragalum idem esse existimat: hoc argumento ductus, quod Plinius Iridem duplicem esse tradiderit: alteram, quæ raphanitis à similitudine: alteram, quæ rhizotomos dicitur. At cum astragalus radicem raphani modo ferat, inde Iridem astragalitem Astragalum esse conjicit: quin & Plinio per Iridem raphanitem, astragalum intelligi censet. Sed mea quidem sententia rectius fortasse rem hanc explicasset, si per eam Iridem, quæ à similitudine raphanitis vocatur, astragalitem ideo designari dixisset, quod, ut astragalus, raphani modo radicem gerat: siquidem Plinio Iris raphanitis astragalus non est, sed altera Iridis Illyrica species. Quamobrem ita Iridem astragalitem à Galeno cognominatam esse putaverim, quod radice referat astragalum: quemadmodum raphanitis à Plinio dicta est, quod radice raphanum representet, Iridem memoria proditam fuisse Galeno in libris simplicium medicamentorum, sanè nusquam reperi: tamen si libro primo de antidotis ejus postmodum meminerit his verbis. Andromachus rosis Iridem Illyricam adjungit: quæ verba non frustra, negligenterg, excipienda sunt, veluti nec cum aliis medicinis patria nomen apponit, de quibus paulo post differentes, quid quoque in genere optimum sit, demonstrabimus. Polium ergo, & chamædrys Romam afferuntur, nati in Italia paulo meliora: in aliquot siquidem Italia locis haud multo deteriora proveniunt illis annis,
40 quibus ver totum humidum non fuerit, sed sicuti sæpe contingit, æstivo tempore simile. Quod si veris constitutio siccior obvenierit, multa, quæ in Italia nascuntur, pluribus Creta allatis paria erunt, aut non multo inferiora, veluti chamædrys, chamæpitys, hypericum, gentiana, thlaspi, veratrum nigrum, & id genus alia. At verò, quod ad Irim pertinet, secus se res habet: si enim Iris Lybica, quæ plurima ex Africa Romam affertur, Illyrica comparatur, tantum ipsi cedit, quantum cadaver vivo corpori: non tamen aliis in gentibus orta tam multum ab Illyrica degenerare Iris videtur. Irim igitur, velut & reliquas medicinas, odoratiorem eligito: nam unumquodq; optimum est, quod proprium sui generis odorem vehementissimum habet, qui quidem ex multorum inspectione manifestus unicuiq; sit. Ac de gustu quidem perceptis qualitatibus eodem modo censendum est: id enim optimum medicamentum esse constat, in quo id, quod suo generi proprium est, exuperat: pessimum verò quod sui generis aliis & tenuius, & exilius est. Meliora namq; sunt omni in specie, quæcunq; nec rugosa, nec exilia fuerint: sicut quæ convenientem sibi magnitudinem excessere, pejora sunt iis, quæ bene nutritam, & adstrictam habent substantiam. Quamobrem, ut dixi, multa sapius inspicere oportet, & maxime optima, & quæ longo jam tempore sui experientiam ipsis nascendi initium præbuere, quæq; uno ore à peritis medicæ materia sunt commendata. Omnes igitur herbarii unanimes scripserunt, Irim in Illyrio natam optimam esse: hac Galenus. Planta, quæ Græcis *ἰρις*, Latinis item Iris nominatur: Arabibus, *Asmeni juni*, sive *Ajerfa*: Italia, *Iride*, *Giglio* *Nomina*, *azzurro*, aut *Giglio celeste*: & *Giglio pavonazzo*: Germanis *Blau-Gilgen*, *Blauschwertel*, *Weißwurz* & *Himmelschwertel*: Hispanis, *Lirio Cardeno*: Gallis *Glaiend* & *Flambe*: Bohemis, *Kosatec*: & Polonis, *Iris sylvestris major* Græcis *ἰρις ἁγία* *μαύρα*: Italia *Giglio azzurro salvatico*: Germanis, *wild blau Gilgen*: Gallis, *Flambe saunage*. Iris sylvestris minor. Græcis, *ἰρις ἁγία μικρά*: Italia, *Giglio azzurro piccolo*: at quidam falsò Iridem Illyricam vocant.

Plin.
contrad.
tio.Iridis vi-
res præter
traditas à
Dioscor.Elect. ex
Iride ad
hydropi-
cos.
Irid. rad.
vires.Irinum
oleum ad
quos usus
præstat.Iris co-
gnomē-
to astr-
galitis.Cornari-
us nota-
tur.Iridis de-
mentio
ex Gale-
no.Iridis de-
lectus.

Nomina

† Malui hoc in loco Marcelli interpretationem sequi, quemadmodum alibi quandoq; facturus sum, quam Ruellii, cui non semper additus ero: quod in aliquot Græcis codicibus legatur *ἰριναυδα*, qua vox in summitate cuiusque caulis significare videtur: quodque natura in planta ipsa illud manifeste demonstrat.

ADDITIONES CASPARI BAUHINI.



Heophrasto 6. de causis plant. 13. Iris odorata est, & à gratia palati nomen accepit, quæ in Illyride, ut habetur 6. de caus. 28. melior est quam in Macedonia: in Thracia verò cæterisque frigidioribus locis odore penitus caret: sed plura 4. hist. plant. 16. ubi Iridis vocem Gaza consecratricem vertit, fortè quoniam in quibusdam tum Theophrasti, tum Athenæi codicibus *ἰρι* legitur: quod in sacrificiis purificationibusque suis antiquitas Iride sit usa. Aliis *ἰριναυδα* celestis, quod celestis arcus specie & modo floreat: aliis *θαυμαγός* admirabilis, eadem ratione qua à poetis ille celestis arcus Thaumantias dicitur, genus originemq; illi ex admiratione novæ rei, rudi adhuc sæculo, ut primus Plato indicavit, assignantibus antiquis. Dividimus Iridem in sativam & sylvestrem: quæ rursus variat, vel formæ, vel loci ratione. Ratione formæ, vel foliorum, vel radicum, vel ob colorem floris. Ratione foliorum, alia latifolia, alia angustifolia: illa vel major, quæ Caulifera: vel minor quæ *ἀνυλός*. Ratione radicum, quod aliis sit bulbosa (& hæc fortè Hyacinthus Virgilii, Columellæ & Palladii, non autem vulgata) aliis geniculata: utraq; vel latifolia, vel angustifolia. Color aliis candidus, aliis pallidus, luteus, niger, purpureus, cæruleus, aliis denique mixtus. Quam coloris diversitatem Lacuna in uno flore reperiri existimavit, quæ tamen Dioscoridis mens non est: probatur ex eo quod de Illyrica maxime loquatur: jam verò Brasiavolus in suo examine testatur se in Illyrico flores plerosque candidos, alios pallidos, nonnullos luteos, quosdam purpureos conspexisse. Ratione denique loci natalis, Illyrica, Macedonica, Africana, Carthaginensis, Lusitanica, Florentina, Septentrionalis, maritima, saxatilis. Sicque Iridis non bulbosæ, de qua hoc loco, species viginti tres reperiuntur, quemadmodum in nostro Phytopinace ordine recensuimus: de singulis plenius in UNIVERSALI HISTORIA nostra, Deo juvante, acturi.

1. Iris vulgaris cærulea C.B. Iris Brunf. Trago (cui novem foliis & totidem coloribus flos constat) Fuch. Cord. in Diosc. Dodon. Loni. Cæs. Tab. Iris nostra sativa Cord. hist. Iris vulgaris Lob. Iris domestica Lac. Lug. Iris sativa cæruleis floribus Gef. hort. Iris major cærulea Cam. hort. Variat colore floris cæruleo, purpureo, cæruleo obsoleto, cinereo & variegato.

11. Iris sylvestris major, quæ sativæ vulgaris similis C. B. Gladiolus cæruleus major Trag. Iris sylvestris Lac. Lug. Cord. hist. Tab. Iris sylv. major Gef. hort. Cast. Iris sylv. prima Penæ.

111. Chamæiris prunum redolens C. B. Iris syl. minor Matth. ed. ital. & icon. Cast. Iris syl. altera Gef. hort. Lug. Chamæiris Dodo. Cam. Iris angustifolia minor, vel 12. Clus. Pan. Iris perpusilla syl. angustifolia Lob. ob. Chamæiris angustifolia Lob. icon. Iris peregrina Cæs. Iris angustifolia Cam. hort. Chamæiris angustifolia minor Tab. Hanc Illyricam cenfer Hermolaus, sed ab ea differre Ant. Musa ostendit. Aliquibus Illyricam legitimam cenferi, quæ ab Italica differat, licet nec genere nec specie Italica ab Illyrica differat, auctor Gesnerus. An potius Rhizotomos Plinii lib. 21. cap. 7? Duum est generum, alterius enim flos cauli longiori, alterius cauli breviori, & penè nulli infidet, cuius iconem 14. notavimus.

v. Iris Florentina alba C. B. Iris Illyrica Cord. in Diosc. Iris Florentina Gesn. hort. (qui fœminam dicit) Dodo. gal. Tab. Iris flore ex toto candido Cæs. Iris alba Illyrica vulgo, vel potius Florentina Cam. hort. An hæc Macedonica Plinii? Et si vulgata albo quoque flore reperitur, hæc tamen radices minores habet, & quæ ficcata non corrugantur, ut nec Illyricæ: & licet Illyricam præferant omnes, & ipse Galenus, tamen cum idem 1. de Antidotis statuerit, quodlibet simplex medicamentum in suo genere quod sit fragrantius, eo esse præstantius, ex ejus sententia Florentinam merito, tanquam odore suaviorem Illyrica, candidiorem item & elegantioris aspectu, quis præferat: dein Illyricam, à cujus bonitate tantum abest Africana, quantum animal vegetum à suo cadavere, ut auctor est Galenus.

Ἀcoron.

ACORUM. CAP. II.

Meum
πικρόν.
amarum.
ἀγρῶν.
non cari-
olum.
ἐν γὰρ
δὲ, i. in
Chalei-
de.

Acorum folia iridis habet, angustiora tamen: radices non dissimiles, complicatas, non in rectum, sed obliquum actas, & summo cespiti sparsas, geniculis interceptas, albicantes, gustu acres, odore non ingratis. Optimum est + densum, candidum, + plenum, carie non exesum, odoratum: cuiusmodi + Colchidicum, & Galaticum, quod aspletion dicunt. Radici vis calfactoria. Decoctum potu urinam cit: prodest lateris doloribus, & jecinis, atque thoracis: item torminibus, vullis, ruptis: lienem absumit: urinæ stillicidio, & serpentum ictibus auxiliatur: insidentibus ad muliebres affectus, iridis modo, utiliter imponitur: oculorum caligines succo discutit. Antidotis radix magno usu commiscetur.

Acorico-
sideratio.

Acorum legitimum, quod falso calamum aromaticum vocant, foliis provenit Iridi angustioribus, longioribusq; 60
odoratis, ac gustu servidis: radicibus Iridi amul. frequenter geniculatis, firmis, subcandidis, innumeris in inferiore parte adnatis fibris, odoratis, gustu acris, ac subamaro, complicatis, haud in rectum descendentes, sed in obliquum actis, & summa tellure sese diffundentes. Caule est levi, è quo ramuli prodeunt, in quorum cacuminibus, (ut Gulielmus Quacelbenus Medicus se vidisse affirmabat) nucamenta quadam exoriuntur, mihi hæcenus non visa, nucis Pontica julis, aut longo piperi similia. Tales sanè suere legitima Acori planta, cuius hic imaginem damus, quas Constantinopoli ad me misit Clarissimus Cæsaris Ferdinandi ad Turcarum Imperatorem Orator Augerius de Bubeke una cum ipso Quacelbeno.

I. ACORUM.

ACORUM CUM JULO.



Quacelbeno, è Nicomedia à quodam vaste magnitudinis lacu petitas, ubi copiosissimum provenit Acorum: est enim Nicomedia Bithynia civitas, Galatis, ac Colchis vicina, ubi nasci Acorum omnium optimum scribit Dioscorides. Sed fecit diuturna rei herbaria ignorantia, ut hactenus non in Italia solam, sed in quocunque terrarum loco, ubi seplasiarii

II. PSEUDOACORUS.



& medici habeantur, in legitimi Acori locum rufa quædam radix successerit, quæ passim in palustribus, & uliginosis locis inutiles, & inodora plurima nascitur: eo sanè argumento, quod folia sit Iridis, sed longioribus, quemadmodum & caulibus & floribus, qui tamen haud versicolores, sed lutei spectantur: differunt tamen facie, quippe quod minores sint & angustioribus foliis, & radices Iridis proferat, quamvis haec colore rufa, inodora, majores durioresque, illa vero Iridis longiora spectentur. Hæc itaq; radix apud omnes, qui plantarum historias neglexerunt, in hoc usq; ævum legitimi Acori munere functa est, à qua quantum tum qualitatibus, tum facultatibus recedat, ex Dioscoride patet: quandoquidem palustris hæc nec candicans, nec gustu sit acris, nec ullo prorsus commendetur odore. Radix, cujus tantum est usus, exiccat, sed non nisi parum excoalfacit: attenuat, roborat, resolvit. Constat multorum experimento, valere Pseudoacorum, propria sua ipsius vi, ad omnes nervorum & cerebri affectus. At quamvis hac tempestate à peritis rei herbarie medicis non parum improbentur ii, qui non in hac tantum stirpe, sed etiam in aliis quàm plurimis defecere, cum tamen ipsi probatissimos auctores nusquam legerint, potius excusandi sunt, quàm quidam fortasse ætatis nostræ scriptores, tam Græci, quàm Latini linguæ peritissimi, quibus res sole clariores propositæ sunt, quiq; in simplicium medicamentorum cognitione ceteris præstantiores haberi volunt, & ii longius nihilominus (ut arbitror) aberrant, quàm ceteri. E quorum numero est Brasavolus Ferraviensis, vir sanè doctrina, & fama clarissimus: qui dum innumera simplicia medicamenta declarare, explicare, & palam facere in suo simplicium examine studium impendit, etsi id in plurimis assecutus fuerit, in hoc tamen, aliq; nonnullis (ut suis locis in his nostris commentariis ostendimus

Pseudo-
acorum.

Brasavo-
li error,
Acorum
Galangal
esse sta-
tuentis.

ostendimus) in tanto illustrium auctorum lumine mihi magis cœcutire videtur, quam qui ante ipsum in tenebris erraverunt. Is enim constanter asserit, Acorum à Dioscoride descriptum aliud non esse, quam eam acerrimam, & odoratam radicem, quam officina Mauritanos secuta Galangam vocant, adeo ut maluerit cum Leoniceo errare, tantum fuit preceptorum suo addictus, quam cum Manardo bene sentire. Sed quantum ejus opinio à veritate, quantumq; ab Acori historia recesserit, perquam facile probari potest. Quippe galangam folia iridis proferre apud Syrios, nullo nobis testimonio constat: verum quia cum cypero adeo convenit, ut is sylvestris Galanga nonnullis dicatur: ideo non ab re credendum suavit, galangam potius cyperi, quam iridis folio provenire. Præterea quod galanga radices habeat iridis, nec mihi quidem videtur, nec ullum id affirmare existimo: neq; illud etiam videre possum, quod eadem aliqua ex parte subalbescit, ut de Acori radicibus scribit Dioscorides: quin potius tam intus, quam extra non obscure rufescunt. Quod autem gustu sint acri, atq; mordaci, qui neget, nullus est. Sed non tamen ob id dicendum erit, galangam esse Acorum, alii non concurrentibus notis: præsertim cum Dioscoridis testimonio Acorum esse debeat acere, non autem acerrimum, nec galanga modo linguam adurens. Brasavolum secutus est Fuchsius medicus clarissimus: is, cum sibi nimis pumila viderentur prioris galange radices, quam ut Acori radices referrent, atq; propterea Brasavoli sententiam non probandam duceret, in suis de stirpibus commentariis, alteram crassiorem galangam, quæ jam pridem in Italia feritur, Acorum esse contendit. Verum si animadvertatur, quod ea non sit iridi similis, multoq; magis rufescat, quam quod hæc dictio *ῥοδοναύς* designet, quæ albicantes, & non rubentes denotat, facile palam fiet, quod unâ cum Brasavolo ipse quoq; aberraverit. Sed præter hæc is etiam refertur Galen. lib. 6. de simpl. med. facul. quod asserat Acori radicem gustui non modo acrem esse, sed etiam subamaram: quæ tamen modica amaritudo neq; in hac, neq; in illa reperitur galanga: etsi invalidis quibusdam argumentis suo ultimo examine contendat Brasavolus, quod galanga præter acerrimam facultatem etiam sit amara: sed vereor, ne is tunc bile perfusus suam degustaverit galangam. Amarum quoque esse Acorum, facile quispiam ex lectione antiqui nostri exemplaris intelliget, qui legerit ea quæ in margine adnotavimus: quæ quidem lectio mihi maxime probatur, quod cum Galeno Acorum amarum faciat. Comprobatur præterea aliud esse Acorum, & aliud esse galangam Serapionis testimonio: qui, cum sciret non parum discriminis inter hæc radices esse, de eis seorsum egit per propria capita, utpote de rebus genere & facultate diversis. Hoc idem probatur ex Actuarii etiam monumentis, siquidem is in compositione aureæ Alexandrinae, & Acorum, & Galangam imponit, quemadmodum & Nicolaus Myrepsicus, tanquam inter se genere diversa. His itaq; tum rationibus, tum auctoritatibus adductis, à Brasavolo, & Fuchio diversus esse cogor. Nec equidem intellexerim unquam, quomodo factum sit, quod galanga major, quæ à minore non genere, & facultate, dijudicent. Ceterum, ut dicam primum huc à Syria advecta est, in Acorum se commutaverit: sed qui hæc intelligunt, dijudicent. Ceterum, ut dicam quid hæc in re sentio, crediderim ego unâ cum Manardo Ferrariensi, aliisq; nonnullis hujus ætatis in simplicium medicamentorum facultate doctissimis viris, id omnino legitimum esse Acorum, quod non modo seplasia, sed omnes in universum falsò Calamum odoratum vocant, quoniam non desunt novi quidam herbarii, qui nostram sententiam destruere nitantur, Leoniceum, Brasavolumq; sequuti. Sed ridiculum satius, meo quidem iudicio, eorum est argumentum, quippe ut probent à loco, crassiorem Galangam legitimam esse Acorum, illam in Syria montibus oriri contendunt. Nam cum scribat Serapio, in Syria nasci Galangam, nec est qui dixerit unquam ibi provenire Acorum, nil aliud probant, quam Galangam esse Galangam: quam quidem in Ponto nasci apud Colchos, aut in Galatia, Bithyniæve, ubi Acorum oriri scribunt auctores, nemo est, qui asserat. Nec minus infirma ac levis eorundem ratio est, ubi volunt uno tantum inspecto Galanga folio, Iridi (ut ajunt) æmulo à Syria allato, Galangam hæc esse Acorum. Etenim, tametsi concedam ego facile folium illud fuisse Galangæ, quod sciam hæc folio esse Cyperi latiore vegetioreq; Iridi non omnino ab simili, concedam tamen nunquam ex illius tantum folii inspectione, rectè affirmare posse quoniam Galangam crassiorem esse Acorum, ceteris latentibus partibus ac notis. Folia enim Iridis, Acori, Pseudoacori, Xyphii, Xyridis, Galangæ, Cyperi, similem ferè faciem referunt. Quo fit, ut ex solo folio, nihil certi quis affirmare queat. Fabulantur itidem præterea, imò potius veritati se opposuerunt, cum dicunt Calami aromatici radices Iridi non esse similes, cum tamen geniculatæ, solida odoratæq; ubiq; spectentur. Nam non secus se habent Iridis radices, si Dioscoridi credimus, ita de eis differenti: *ῥίζα ῥοδοναύς, ῥοδοναύς ῥοδοναύς*, i. Radices subsunt geniculatæ, solida, odoratæ. Atqui non solum fabulantur, sed potius delirant, cum tantumdem hisce præmissis concludant, nil aliud esse vulgaris calamum odoratum radices, quam generis cujusdam Iridis. An non item apertissime insaniunt, cum dicunt recentes Calami ipsius radices omni prorsus sapore, & odore destitui, & paulo post affirmant easdem recentem effossas, esse amarissimas, & odore admodum ingrato? Furor sane hic est non verbis, neq; rationibus, sed antidotis coercendus. Credamne hoc ego illis? Profectò minime, quod recentissimas hæc radices degustaverim, tum etiam, quod Tartaros compertum habeam eas sapidissime pro obsonio cum pane devorare. Sunt enim tunc nil minus odoratæ, & acutæ, quam quæ sicca ad nos deferuntur. Ceteras horum ineptias prætermitto, ne nimis severus censor tantæ oscitantia videar. Ceterum qui plura audire cupit, legat Anguillarii Italicum libellum, de suis in plantaria facultate opinionibus. Poterit enim æquus lector hinc suum quoque de reliquis ferre iudicium: quin etiam facile agnoscere crassiorem Galangam arundinis potius quam Iridis, vel acori referre radicem, & subinde mecum affirmare Calamum vulgaris usus legitimum procul dubio esse Acorum. Siquidem radices illi primum iridi persimiles sunt, geniculis distinctæ, reflexæ, subalbida, acres, odore præstantes, & (ut inquit Galenus) etiam subamara: insuper & folia, quæ integra ad nos unâ cum radicibus (ut hæc pictura demonstrat) à Constantinopoli allata sunt, id apertum affirmant: sunt enim ferè iridis. Ad hæc ut Oeniponti (Germani Inspruck dicunt) reverit mihi clarissimus medicus Joannes Merlinus, qui pluribus annis degit apud Lituanos, quod passim Calamum aromaticum vocant, frequentissimum in Lituania, & circa Tartarorum fines, nascitur, foliis iridi æmulis: canle iridis longiore, gracilioreq; à quorum nullum exoritur calamum: vocaturq; ab incolis suo idiomate Tartarschi zelii, id est, herba Tartarica, quod fortasse à vicinis Tartaris in Lituaniam primum fuerit allata. Ideoq; Plinio memoria rectè proditum est lib. 25. cap. 13. optimum id esse Acorum, quod ex Ponto advehitur. Pons enim bis Tartaris ferè jungitur, qui ultra Lituaniam inhabitant, ubi apud Brasavolum admirari, quod auctores nusquam legitur, odoratum calamum oriri. Quamobrem non potui non maxime Brasavolum admirari, quod sibi tam facile persuaserit, vulgarem Calamum legitimum, & odoratum calamum esse, à Dioscoride, Theophrasto, Galeno, & Plinio non in radicem, sed in arundinum genere descriptum: nam (ut suo loco de calamo odorato agentes latius explicabimus) in arundinea est fistula, non autem radix sed de his hæcenus. Acorum ponticum à jejunis devoratum, optimum facit ad fatorem anhelitus. Præstat quoque Acori ex aqua decocti vapor per infundibulum hianti ore exceptus maxime

Galangæ
cum Cy-
pero co-
paratio.

Fuchsi
error Ga-
langam
crassiorem
Acorum
esse sentis.
Acori ra-
dix ama-
ra.

Acori &
Galangæ
differen-
tia.

Acorum
legitimum
esse Calamum
odoratum.
Contra
asserentes,
crassiorem
Galangam
legitimum
esse Acorum.

Anguillarii
opinio.

Brasavoli
error.
Acori vi-
tes.

10

20

30

40

50

60

xmo

ximo iuvamento ad tussim, ejusdem quoq; radicis, & cinnamomi drachma in vini absinthii haustu sumpta, frigidum infirmumq; ventriculum roborat. Fit quoq; ex Acoro oxymel, quod mirum in modum praestat, ad refrigeratos lienes, & refrigerata fecinora hoc modo: teritur Acori radicem libra crassiuscule, & dein tribus diebus maceratur in aceto, postea coquitur ad medias, & linteolo percolatur, demum aceto adjungitur mel, quod sufficit, & coquitur, quousq; acetum evanescat: de quo datur quotidie mane uncia, cum ejusdem Acori decocto. Afferitur Acori radix saccharo vel melle aservata recens, à locis in quibus provenit: quin etiam in Italia & Germania paratur è sicca radice, sed non ut genuina illa utilis. Acori meminit Galenus lib. 6. de simpl. med. facul. sic inquit Acori utimur radice, qua gustu acris est, & modice amara, odore non injucunda. Unde constat, quod facultatis calida est, & consistentia tenuis. Huic consentaneum est, ut urinam moveat, & lienes induratos juvet, tum ceratoidis crassitiem detergeat, simulq; extenuet: sed ad hoc melior est ipsius succus: omnino verò siccificum esse clarum est. Et sanè ordinis esto tertii in utroq; in calfaciendo scilicet & desiccando: hac Galenus. Sed quando hic aliquid dicere de Galanga occurrerit, cum à Dioscoride, aliisq; antiquioribus Gracis nihil de ea memoria proditum sit, differam ego de hac, qua à Mauritani, & alii sum consecutus. Est itaque

Oxymel
ex acoro.Acori ra-
dix con-
dita.Acori vi-
res ex
Galeno.

III. GALANGA MAIOR.

IV. GALANGA MINOR.



GALANGA duplex, major altera, altera minor. Minor tenuis est radix, interius & exterius in purpura rufescens, geniculata, internodiis quibusdam reflexa, odorata, saporis admodum acris, adeo ut mansa piperis, & gingiberis modo linguam & fauces exurat, odore, formaq; cypero similis: quapropter quibusdam Cyperus Babylonicus dicitur. In Italia namq; tam ex Mephi, quam ex Syria transfertur. Optima qua fuerit gravis, densa, saturate rufa, odorata, & gustu acerrima. Non desunt tamen impostores, qui cyperi radices contorquentes,

Galanga
confide-
ratio &
historia.

aceto, & pipere macerent, & pro Galanga vendunt: verum fraus facile deprehenditur, quippe abrafo exteriori cortice, nulla in radicis substantia acedimus nota, nullusq; galanga sapor percipitur. At major, tametsi longè crassior sit radix, navior tamen est, & viribus infirmior, colore etiam dilutior, minusq; odorata. Galanga calfacit, & siccit ordine ter-

Galanga
vires.

Proinde ventriculum roborat, & ejus dolores tollit, si tamen à frigore, vel flatu proveniant. Naribus admodum a frigore facto cerebro utilis est: ore retenta anhelitum commendat. Facit & ad cordis palpitacionem, si è plantaginis succo bibatur: celiacos sanat, & coli dolores mulcet, qui à flatu oriuntur. Prodest flatuosis uteri affectibus: venerem roborat: re-

Monachorum
opinio
falsa.

Nomina.

nes refrigeratos calefacit, in summa frigidis morbis omnibus succurrit. Caterum omnino explodenda est Monachorum in Mesue scribentium opinio, qui contra Brasavolum & Euchsium quasi velle videntur, Galangam potius odoratum juncum esse, quam Acorum, quod tamen plane falsum omnibus jam compertum esse non dubitamus. Quod Gracè Akegor, Latine etiam Acorum appellatur: Arabicè, Vage, seu Ugi: Italicè, Acoro: Vulgo medicorum & seplaphariorum perpetam Calamus aromaticus. Germanicè Kalmus: Bohemicè prustnuorec. Polonicè, Tatarski, Ziele. Pseudoacorum verò appellant Graci Αποδομνερ: Itali, Acoro falso, Acoro bastardo & Giglio giallo: Germani Gelb Wasser-lilien: Galli Flambe

bastarde, Flambe derivieres: Bohemi, Kofataczluti falešni: Poloni, Mieczikonne, Korzenie.

ACORUS dicitur, quia τὰς ἀφ' οὗ αἰεὶ τῶν ὀφθαλμῶν καλὴν ὁρμήν ἐκτελεῖται: hujus Plin. l. 25. c. 13. meminit, acujus radices nigras dicit, at Dioscorides albicantes, candidaq; cōmēdat: quare dubiū, an Plinius hāc intellexerit, an verò in ipsius cōtextu mendū fiet: tales sunt Calami aromatici officinarū radices, quas Acorū Dioscoridis statuimus, licet alii Iridi cognatā: alii Juncis magis cōvenientē: alii deniq; Costi Arabici apud Diosc. lib. 1. c. 15. descriptionē cōpetere statuunt, Galangam majorē, Acorum Dioscor. facientes.

1. Acorus Dioscor. sive officinarum Calamus aromaticus. C. B. Cam. hor. Acorus vulgo Calamus aromaticus Cord. hist. & in Diosc. Acorus Diosc. Loni. Lob. Acorum Cast. & Tab. Acorum legitimum Clus. hist. & pan. Calamus aromaticus vulgo Cef. Acorum verum Lugdunensi historiae.

11. Hanc aliqui Iridem in maritimis nascentem à Theoph. & Plinio improbatam credunt: alii Butomon Theoph. 1. hist. 8. 4. hist. 9. & 11. quod à bobus libenter edatur & proscindatur, esse volunt: verum cum radici vis sit adstrictoria, Acoro aut Galangæ similior quàm Iridi. Acorus adulterinus seu Iris palustris lutea C. B. Acorus offic. Brun. 4. Acorum adulterinum offic. Trag. Gladiolus luteus vel acorus vulgaris

vulgaris Fueh. icon. Iris lutea Dod. gal. Pseudoiris eidem fol. Pseudoacorus Cor. hist. Lon. Acorum Lac. Acorus falsa Gef. hor. Acorum falsum Cast. Matth. Ital. & 4. Acorus nostras palustris Lob. Acorus, Iris palustris Cæs. Iris palustris lutea Tabernæmontano.

111. Galangam veteribus Græcis ignotam, & Arabibus non satis perspectam, sunt qui Acori, alii qui iridis speciem velint, rectius tamen ad Cyperi genera, potissimum minorem retulerimus: quare recentiores Græci Cyperum Babylonicam vocavere. An hanc Dioscoridis lib. 2. cap. 153. per piperis radicem, ob saporis similitudinem, intelligit? A majore & minore, cujus icones adjecimus, diversum ex Christ. à Costæ historia Lug. lib. 18. cap. 127. expressit. Galanga major quæ Javanensis à regione dici potest: major nominatur à Cordo. Dios. & hist. Lob. Clus. in Garc. Loni. Lugd. Tab. Cæs. At minor quæ Chinensis, cum ex Chinarum regione in Indiam deferatur, dici potest, appellatur minor à Cord. hist. Lob. Lon. Tab. Lugd. Galanga in offic. Cæs. de his vide caput 40. lib. 1. apud Garziam, qui Rusco congeneres facit. 10

I. MEON.

II. MEUM ADULTERINUM.



Meon



MEON.

CAP. III.

Oribasius non legit cō. clu'a. † Non ferme, sed de re legit Oribasius i. ut plurimum. Mei consideratio. Mei historia.

MEOON, [quod] Athamanticum [vocant,] in Macedonia, & [Hispania] plurimum gignitur, anetho foliis & caule simile [sed eo crassius:] binum † ferme cubitorum altitudine attollitur: sparsis in obliquum, rectumque radicibus, longis, tenuibus, odoratis, linguam excalfacientibus. Quæ fervefactæ ex aqua, vel tritæ citra coctionem, præclusorum renum, velicæque fæstæ vitia poru leniunt: urinæ difficultati medentur: stomachi inflationes discutiunt, torminibus, affectæ vulvæ, articulorum doloribus, atque fluxionibus pectoris, tritæ cum melle in eclegmate auxiliantur. Sanguinem per menstrua pellunt, defensionibus fervefactæ: infantibus autem illitæ imo ventri, urinas movent. Quod si plus quam deceat, ex his bibatur, caput dolore afficiunt. 50

CRedidimus superioribus annis, legitimum Meon non oriri in Italia, nec eò aliunde advehi: primum quod Mei vice cūterentur seplasiarii quibusdam albicantibus radicibus, sapore pastinacæ simili: deinde quod etiam Plinii tempore rarum esset in Italia, quippe qui scripserit non feri in Italia Meon, nisi à Medicis, iisq. admodum paucis. Quod proculdubio indicare videtur, usque ad Plinii ævum peregrinum in Italia fuisse Meon. Sed cum herbariorum quorundam diligentia, quadam nuper reperta sit planta, cujus hic primo loco imaginem damus, quæque foliis constat anethi, caule bicubitali, radicibus nigricantibus, longis, & in obliquum, rectumque sparsis, graviter odoratis, acribusq., quam legitimum esse Meum, omnes ferè rei herbaria periti unanimis affirmant, ne videar mordicus tenere opinionem, facere equidem non possum, quin in eorum sententiam deveniam: tametsi in contrarium aliqua sese offerat ratio, quod scilicet hujusce plantæ radices odorem non usq. adeo gratum spirent, sed quadantenus graviter oleant, nec tenues cernantur, ut Dioscorides inquit, nec folia anetho similia, sed asparago potius ferat. Hanc Apuli Imperatricem vocant, & ad venenosorum serpentum morsus præferunt, Plinius Meo folia aniso similia reddidit, vocum fortasse similitudine deceptus: siquidem Dioscorides anethi foliis Meum oriri tradidit. Nobilissimum quod Athamanticum vocant, ita dictum, quod ab Athamante Aeoli filio inventum sit, 60

fit, vel quod præstantissimū in Athamante Phthiotidis proveniat. Sed ad nos affertur, nascitur, in Italia montibus apri-
cis. Radices tantum ejus in usum medicum venerunt: et si semen viribus non careat suis. (* Sunt qui plantam, quam secun-
do loco appinximus, pro Meo usurpent, quod magis Anethum quam altera referat, quorum sententia non mihi omnino
improbanda videtur, siquidem ut diximus, priori potius Asparagi, quam Anethi folia insunt, *) non solum in Gargano Apu-
lia monte, sed etiam in aliis & apricis collibus. Meminit Mei Galenus lib. VII. simplicium medicamentorum, his verbis.
Mei radices peritiles sunt, calida tertio ordine, sicca secundo: proinde urinam, mensesq; ciere volentes hoc utantur phar-
maco. Sed si plussculum sumatur, capiti dolorem movet, ut pote cum plussculum sit calidum, quam siccum: quippe quod ejus
caliditas humiditatem crudiores etiamnum, & flatuosiores ad caput deferat, atq; ita ipsum afficiat ladaig. Mōv ita
Græci vocatum, Latinis Meum dicitur. Arabibus, Mu. Italis, Meo: Germanis Bärwur, seu Hergwur: Hispanis Pimillo.

10 Mei Plinius lib. 10. cap. 13. duo fecit genera, nobilior Athamanticum pronunciat. Plures licet sint species, tres hoc loco pro-
ponuntur, dux quidem à Matthiolo, quibus tertiam adjecimus, cum & in D. Camerarii Matthiolo habeatur I. Meum foliis Anethi,
seu Meum Dioscoridis & Plinii B. C. Daucus Creticus, Trag. Fuch. fol. Eric. Cordo, Lob. icon. Sefeli Creticum, Fuch. icon. Lon.

MEUM ALPINUM UMBELLA purpurea.



Libanotis primum genus, & Fœniculus porcinus officinarum. Dod. gal.
Tordylion, Cord. hist. Tordylum & Tordylon: Nicandro, Hordylon:
Aeginetæ, To. gyloo: quibusdam Meum, Cord. in Dioscor. Meum, Gef.
hor. Anguil. Lob. obs. Dodo. Cast. Lugd. Taber. Cam. hor. Lac. cui &
Anethum sylvestre: ut & Ruellio, qui etiam Anethum tortuosum in Gal-
lia vocari auctor est. Meum, Imperatoria quibusdam, Celsipino. II. Meū
adulterinum, C. B. Matthioli in secunda Commentariorum editione,
ut & postrema anno 1583. edita, plantam aliam à quibusdam pro Meo u-
surpari scripsit: eo quod magis Anethum, quam altera referat, sed in omni-
bus editionibus pictura omissa: ne quid ergo deesset huic editioni, verba
ipsius duobus alteris inclusit adiecimus, & figuram ex Lobelo & Lug-
dunensi historia adposuimus, qui Meum alterum spiritum italicum no-
minant. III. Meum alpinum umbella purpurea, C. B. Ex radice simpli-
ci oblonga, nigra, parum fibrosa, aliquando minimum digitum crassitie
æquante, circa caput barbata. Mei fere figura, sed infirmiore, odorata &
& acri, folia prodeunt. Mei foliis latiores: caulis item unus vel alter levis,
striatus, umbellam sustinens florum purpureorum, vel etiam ex albo pur-
pureascentium: quibus succedunt semina oblonga satisque magna. Na-
scitur in Helvetiorum & Valesianorum alpi-
bus Muttry, vel Mutteren, hinc Muttellinæ nomen apud Gesnerum in
descriptione hortorum Germaniæ, & montis fracti (cui Caros vel Dau-
cus aliquis alpinus censetur) & Camerario in Matthiolum. Radix cum
sit aromatica & Mei fere sapore, excofacit, cujus Dauci Cretici loco
usum esse posse, Gesnerus censet, & ea efficacior censet. Ejus pabulo
(ut ex pastoribus Bernensibus cognovimus) in montibus vaccæ pluri-
mum & optimum lac reddunt, sicut & Mei pabulo in Apulia. Ea etiam
lactarii condunt colostrā & recoctam suam Glaronenses & Valesii.

Κύπερος

CYPERUS CAP. III.

a Addit
Catac. 25

Cyperus (quem aliqui erythrosceptum, ut aspalathum appellant, folia
fert porraceis proxima, sed longiora, & exiliora: a caulem budo-
rati junci, cubitalem, aut majorem & angulosum: in cujus cacumi-
ne minuta folia cum semine exoriantur: radices, quarum in medicina est asperiora
ulcus, coherentes inter se, oleis oblongis similes, aut rotundæ, nigro co-
lore, suavi odore, amaro gustu. In d. lacuosis, palustribus, & cultis ena-
scitur.) Optima est gravissima, densa, fractu contumax & plena, & aspe-
ra, odoris cum quadam acrimonia jucundi: qualis est Cilicia, Syria-
ca, & quæ à Cyrenis insulis petitur. Huic calida vis inest. Vena-
ta, deest.

rum spiracula laxat: urinam ciere: ad calculos aquamque subter cutem utilissimè bibitur: adversus scorpionum ictus remedio
est: perfrictionibus vulvæ, & præclusionibus fori prodest: pellit menses. Contra ulcera oris, etiam si depascent vorantque, fa-
rina ejus efficax est. Malagmatis callacientibus, & unguentorum spissamentis bene adjici solet. Aliud Cyperi genus tradunt in In-
dia nasci, gingiberis effigie: quod manducatum croci vim reddit, gustu amaro sentitur, & illud præterem pilothri
vim exhibet.

Amersit unum tantum Cyperi genus memoria prodiderit Dioscorides, cujus radices inter se coherentes oblongas refe-
runt oleas, aut omnino rotunda sunt, visitur tamen Cyperus in pluribus Italia locis, qui radicebus constat longis,
geniculatis, summo cespite vagantibus, colore in purpuram nigricante. Ego hunc illum esse crediderim, quem Plin. Cy-
perida vocat. Nascitur hoc Cyperi genus laudatissimum prope Timavi fontes, circumstantibus palustribus locis in lapidia-
sinibus, galanga vocata (ut paulo ante diximus) persimile, non tantum facie, sed etiam odore. Commendatur etiam
num odore is, qui in Hetruria provenit, radicebus fere stipendula amulis, sed non ob id illi fuerit præferendus, quem Syria
mittit: quandoquidem hic longe odoratior est, & subamarus. Cyperi meminit Plin. lib. XXI. cap. XVIII. ubi de juncis
egit, sic inquit. Quidam etiamnum unum genus faciunt junci trianguli, cyperon vocant. Et paulo inferius: Cyperos,
ait, juncus est, ut diximus, angulosus, juxta terram candidus, cacumine niger, pinguisq;, folia ima porraceis exiliora, in
cacumine minuta, inter qua est semen: radix olivæ nigra similis, quam, cum oblonga est, cyperida vocant, magni in me-
dicina usus. Reperitur Cyperus quandoq; etiam quadranguli caule, unde non mirum, si quadratum juncum eum voca-
verit Cornelius Celsus lib. III. cap. XXI. At Dioscorides in hac facultate præclarissimus, utraq; differentiam colligens,
nec triangulum, nec quadrangulum Cyperum dixit, sed angulosum. Nos autem Cyperum plantam esse dicimus, quæ por-
raceis fere provenit foliis, longioribus tamen & exilioribus. Caulem edit cubitalem, & nonnunquam majorem, angu-
losum, alba intus medulla ut in juncis, in cujus cacumine folia sunt minora, stellarum modo radiantia, inter qua semen
prodit spicatum herbacei coloris. Radices illi sunt subnigra, coherentes, oblongis oleis similes, aut rotundæ, aliquando
etiam longæ, galange modo, quo fit ut hoc cyperi genus, a nonnullis appelletur sylvestris Galanga. Nascitur in palustri-
bus, & humectis solo, quin etiam locis cultis: utimur ejus radicebus, ubi Indica vel Celtica Nardus non sit ad manus earum
loco. Optimus defertur ad nos ex Syria, & Alexandria Aegypti, in cujus defectu Italicum supponunt officina. Non desunt
qui balus.

C

I. CYPERUS ROTUNDUS.

CYPERUS ROTUNDUS
Orientalis.

II. CYPERUS LONGUS.

Curcu-
ma cype-
ri genus.Leſtio
Serapio-
nis deprava-
ta.

qui differentiam ponant inter Cyperum & Cypirum, Plinium
secuti, qui libro, & capite citatis, Cypirum gladiolum esse af-
firmat, Cyperum vero angulosum odoratum juncum. Sunt
tamen Dioscoridis interpretes, qui utroq, vocabulo pro eodem
indifferenter utantur, eo quod (ut recte Hermolaus adnota-
vit) penultimam Cyperi quandoq, diphthongon longam, quan-
doq, vocali brevem Graci scribant. Est apud Plinium & cypir-
us arbor ocysime crescens, & pseudo cypirus frutex, ut lib.
xvii. c. xiii. ipse scriptum reliquit. Caterum id CYPERI ge-
nus, gingiberis effigie, quod India mittit, eam esse radicem pe-
ritiores medici putant, quam officina Mauritanos secuta
CURCUMAM vocant. Nempe prae se fert haec notas sane om-
nes, quas Indico Cypero reddidit Dioscorides, quandoquid-
em gingiberi similis est, ejus odorem ferme redolet, gustu sub-
amareſcit, & mansa croci modo inscit: quibus illud etiam ac-
cedit, quod depilatorius medicamentis quibusdam immiscetur.
Veruntamen sciendum est, hanc non esse Curcumam a Sera-
pionis interprete pro chelidonio descriptam: ipse enim nil aliud
pro curcuma intelligit, quam Dioscoridis chelidonium: quo
fit, ut non desit suspicio erroris vel interpretis, vel scriptoris,
cum curcuma neq, Mauritanum, neq, Gracum sit vocabu-
lum: Aphri enim chelidonium Kairoch appellant. Unde
palam est Curcuma pro Kairoch in Serapione depravate
legi: quo factum est, ut priores tum medici, tum seplasiarii,
qui nunquam hac perpenderunt, fuerint hallucinati: quippe
cum eos lateret, cujusnam plantae radicem Indica Cyperus re-
ferret, chelidonii majoris radicem esse crediderunt, ob croci
succum similitudinem. Itaq, Serapionis depravatam lectionem
secuti, Indicum Cyperum curcumam vocavere. Indici Cyperi
meminit Serapio Dioscoridē secutus, proprio capite de Cypero.
Ex quo

III. CURCUMA.

Ex quo aperte constat, curcumam Serapioni depravatè inscri-
ptam, seplasiarum curcumam, quæ procul dubio Indicus est Cy-
perus, esse nequaquam. Cyperi radicem farina, addita bacca-
rum lauri eadem mensura, urina impubis pueri excepta, & illi-
ta hydropicos mirificè juvat. Cyperum recensuit Gal. libro
VII. simplicium med. ubi sic inquit: Cyperi radices maximè
usui sunt, exsiccantes pariter & exsiccantes absque morda-
citate. Itaq, ulceribus, quæ præ nimia humiditate cicatricem
difficiliter admittunt, mirificè prosunt: habent enim quiddam
etiam adstringens: quapropter ulceribus item oris conveniunt.
Quin & incidendi vim quampiam illis inesse testificandum,
quæ & calculo vexatis congruunt, & urinam mensesq, pro-
vocant. Planta, quæ Græcâ voce *κύνεπος*, Latina Cype-
rus nuncupatur: Arabica, Sabarade: Italis, Ciperio: Ger-
manica, wilder Galgan: Hispanica, Juncia de olor, & Junc-
ia avellanada: Gallica, Souchet: Bohemica, Galgan planey.

Cyperus
vires ex
Galeno.

Nomina.

Κύνεπος aut *κύνεπος* à radice effigie, quæ pixidulam
aut poculum, vasculumve pusillum imitatur, di-
ctus videtur, siquidem apud Theophrastum follicu-
lus ulmi *κύνεπος* τὸν *κύνεπος* legatur. Theophrast. 4. hist.
11. Cypirum (Gladiolum Gaza vertit) dixit, radice in-
æquali, partim crassa carnosaque: partim gracili &
furculosa. Matthiolus una figura utramque, nos dua-
bus expressimus. Decem Cyperi species Phytopinax
proponit, hic de quatuor sermo. I. Cyperus odorata
radice rotunda, seu Dioscor. & veterum C. B. Cype-
rus radice carnosâ crassa, Theophr. Cyperos & Cypi-
rus Plinio. Cyperus Trago. Lugd. Lob. ob. cui &
Juncus quadratus Celsi. Juncus angulosus & trian-
gularis Plinii. Cyperus rotundus Gesn. hor. Lob. icon.

Dodo. Camer. Tab. Cyperus radice rotunda Lon. Cord. in Dioscor. cui offic. Cyperus rotundus
& Germanorum sylv. Galanga. Cyperus alter radice olivari Cæsalp. Non multum ab similem pin-
git Rauvolfius in suo itinere, Cyperi rotundi Orientalis majoris vel Babylonici nomine; sic &
apud Alpinum cap. 37. Cyperi rotundi figura, cujus radices quasi sibi invicem incumbunt. II. Cy-
perus odoratus radice longa, seu Cyperus officinarum (quando enim simpliciter Cyperus scribitur,
tum Cyperum longum assument) C. B. Cyperus radice gracili & furculosa Theo. Cyperida Plinio.
Cyperus radicibus longis genicularis multis. Galanga sylv. Matth. Cyperus Fuchf. Dodo. gall. Lat.
Cyperus longus, Gesn. hor. Dodo. Tab. Cam. hor. Cyperus longus odoratior Lob. Lugd. Cyperus
radice Galangæ Cast. Cyperus radice longa Loni. Cord. in Dioscor. cui etiam Cyperus Romanus vel lon-
gus off. Cyperus primus & major Cæsalpino. III. Cyperus Indicus Dioscor. C. B. Cyperi secunda spe-
cies Dioscor. quæ Curcuma Matth. Lac. Cyperus Indicus Dioscor. & Curcuma off. Cord. in Dioscor. Lo-
nic. Cæf. Curcuma off. Cyperus Indicus Cord. hist. Clus. in corol. ad Dod. gal. Lob. observ. Tab. Ter-
ra merita Lob. icon. Lugd. Cyperus altera radice lutea dictus Curcuma Cast. Hic radice longa & ro-
tunda, ut rectè Cordus in hist. lib. 4. cap. 71. reperitur. An ab eo, qui radice est rotunda, differt ipsius à
Cost. cap. 35. (ex quo Lugd. in appendice) Crocus Indicus, de quo & Garzias lib. 1. arom. cap. 39. cu-
jus & Avicenna libr. 2. cap. 200. sub Chalidunio meminisse videtur. Major est curcumæ cum Zingi-
bere, quam cum Cypero similitudo, & ratione formæ & virium, licet enim ipso Gingibere sit gustu ig-
naviore & ingratiore, facultate tamen, qua viscerum obstructions tollit, est potiore.

CARDAMOMI SPECIES. *καρδάμωμον*. CARDAMOMUM. CAP. V.

I. CARDAMOMUM MAJUS.



Cardamomum optimum est, quod ex Comage-
ne, Armenia, Bosphoroq, devehitur: in India
quoque, & Arabia provenit. Eligi debet plenum,
frangenti contumax + occlusum, fractumq; (quod
enim hujusmodi non est, exoletum judicatur) & aliud meum,
gustu acre, subamarum, & odore caput + tentans.
Excalfactoriam vim habet: potumq; ex aqua facit
ad comitiales, ischiadicos, tusses, nervorum re-
solutionem: item ad rupta, vulsa, tormina: latas
ventris tinea excutit. Ex vino autem potum, re-
nibus, difficultati urinæ, à scorpione ictis, neque
non omnibus venenum vibrantibus, auxilio est.
Cum cortice radice lauri epota drachma, calcu-
los

II. CARDAMOMVM MEDIVM.

Carda-
momum
majus.

III. CARDAMOMVM MINVS.

Grana
paradyfi.Carda-
momum
medium.Carda-
momum
minus.Carda-
momum
veterum.Carda-
momum
Græcorum
& Arabū
diversū.
Saccola
duplex.Monachi
reprehē-
duntur.Ruellii
& Fuchii
error.Piperis
Indici
mentio.Carda-
momi
genera
quatuor
ex Pli-
nio.

los comminuit: partus suffitu enecat, scabiem ex aceto illitum adimit. Et ad unguentorum spissamenta additur.

TRIA sunt Cardamomi genera, quæ passim ad nos afferuntur, nempe majus, medium, & minus, & omnia suis in folliculis conclusa. Majorum involucrum Fici [seu pyri] faciem refert, materia compactum tenaci, lentâq, ac levi Indica nuci involucro, aut palmetates, non ab-
10 simili, staminibus nonnullis secundum longitudinem discurren-
tibus. Hoc intus semine ubique farctum est, subrubro colore, granis inæqualibus, multis intercurrentibus membra-
nis albicantibus, quibus ipsa semina conteguntur, quæ Me-
legetas appellavere quidam, quod Milium Indicum refe-
rant, Italis Melegam appellatum, saporis acuti, & odoris
jucundi, ac suavis: quo factum est, ut grana paradyfi qui-
busdam vocentur. Medium folliculo contegitur oblongo,
triquetro, striatoq, retuso in summitate cacumine, in quo

semen reconditur membranâ pariter obvolunt, oblongum, pressum, canaliculo quodam altera parte divisum, pluri-
bus transversim intersecantibus lineis, colore ex albo rufescente. Minus capitulo constat brevi, facie triangulari, Fa-
20 ginei fere nuclei effigie, crassioribus tamen angulis, colore subcandicante, media intus intercurrente membrana, in quo
utrinq, semen, altera parte cava linea divisum, subrotundum, & tactu subasperum. Omnibus semen inest fractu facile,
acre, quadam accedente odoris saporisq, suavitate, & omnis amaritudinis expertis. Majus tamen acius est, & aromatis
quid magis respiciens. Minus, ut medium acedinis vehementia superat, ita & odoris fragrantia. Afferunt in Europam
ex Alexandria Aegypti, ac etiam a Lusitanis ex India orientali. Sed an horum aliquod Græcorum sit Cardamomum,
hactenus affirmare non libuit. Concederem tamen ego facile, majus Cardamomum legitimum illud esse quo usi sunt ve-
teres, quod suo è Cardamomo secundo de antidotis apud Galenum, folliculos abiciat Zeno. Quin etiam, quod in The-
riaca carmine descripta libro primo antidotorum post Damocratis inscriptionem, folliculorum Cardamomi mentio fiat.
Et 7. de comp. medic. sec. locos cap. 3. Galenus ex Pamphilo myropola transcribens Cardamomi delibrati meminerit:
sed verat, ne concedam, inprimis sapor, in quo nulla prorsus reperitur amaritudo, quæ Galeno adeo conspicua est, ut
vermes intestinorum necare Cardamomum is affirmavit. Deinde Cardamomi vulgaris odor suavis est, & caput mini-
me tentat, nec si angenti contumax est, sed dentibus facillime cedit, adeo, ut malleo ferreo nobis opus non sit. Hac itaq, in
causa sunt, ut dubius adhuc sim, an vulgare cardamomum legitimum sit, quo usi sunt antiqui. Hoc dixerim ego nunquam,
quod mordicus meam velim tueri opinionem, nec quod alius, qui aliter sentiunt contradicere velim, sed ut meam tantum
sententiam palam faciam. Ad hac nec Arabum Cardamomum, hoc representare videtur, quandoquidem aliud Græci, a-
liud vero Afri pro Cardamomo intelligunt, ut apertissime testatur Serapio, qui quam plurima simplicia medicamenta ex
Dioscoride & Galeno transcripsit. Is enim (ut sua declarant monumenta) Dioscoridis Cardamomum, Cordumenum ap-
pellat, deinde auctore Isach Arabe sui Cardamomi peculiare caput instituit: idq, Saccolam sua lingua nominat: quin &
duum esse generum tradit, alterum majus, alterum vero minus: quorum nullum non modo Dioscoridis Cardamomo respon-
det, sed nec etiam ulli eorum, quibus officina indifferenter utuntur. Probatur præterea officinarum Cardamomum Arabi-
cum nullum esse, quod Serapioni majus Cardamomum semen sit plantæ, quod oblongis quibusdam concluditur capitibus,
is sane similibus, quæ è rosis prodeunt, granis obnigris, rotundis, pipere longe majoribus, in quibus minuta semina conclu-
duntur, angulosa, farcta, & odorata: minus vero nullo contegitur capitulo majoris modo, quanquam colore convenient.
Quod plane indicat omne officinarum Cardamomum haud Arabum esse, sed potius ab eo maxime differre. Quare putave-
rim, illud falso sibi persuasisse Monachos, qui in Mesuem scripsere, quod Arabum Cardamomum minus illud semen sit, quod
seplasia Melegheetas vocant, Andrea Bellunensis, qui Avicennam mendis expurgavit, auctoritate freti. Sed cum Bellunen-
sis id afferat vulgari tantum opinione ductus: cumq, nota minime eorum sententia adstipulentur, errasse Monachi facile
deprehenduntur. Semina enim quæ Melegheetas appellant (ut omnibus plane constat) capitulis excepta suboriuntur, quod
minori Serapionis Cardamomo non evenit. Crediderunt, Ruellius in suis de natura stirpium libris, & Fuchf. in sua metho-
30 do, id omnino Mauritiorum esse Cardamomum, quod nos PIPER INDICUM, alii filiquastrum appellant: verum cum
plantæ hæc foliis exeat hortensi solano similibus, floribus luteolis fructu longo corniculato instat, qui primo exserti vireat,
maturus vero adeo rufescat, ac lavore quodam ita pelluceat, ut corallium referat, & in quo concludatur pumilum semen,
lentum modo compressum usq, adeo acre, ut ori tantum admotum maxime linguam, & palatum exurat, exulceretq,
ambo hæc in re lapsi deprehenduntur. Nam etsi Indicum piper in hisce corniculis rosarum fere modo suum includat semen,
reliqua tamen Serapionis Cardamomo nullis notis correspondent: hoc enim suum in vasculis globulos quosdam concludit, non
lenticulis similes, sed rotundos, & pipere crassiores, qui intra se minutum quoddam semen continent. Huc etiam accedit,
quod cum hoc piper corniculatum, tum semine, tum corniculis ipsis tanta sit acrimonia præditum, ut non modo mansum,
sed ori tantum admotum statim quasi ignis exurat, absurdum utiq, fuerit credere Serapionis Cardamomum esse, cum di-
xerit ipse magis adstrictoria facultate pollere quam acri. Ceterum scribit Avicenna majus Cardamomum grana ciceribus
atris, minus vero lentibus minora proferre. Quod cum fortasse Ruell. haud recte percepisset, ei errandi ansam præbuit: quip-
60 pe minori Cardamomo non autem majori semina lentium modo nasci ait Avicenna: quanquam Ruellius, ut suam tueatur
sententiam, secus forte legerit Avicennam. Plin. lib. xii. cap. xxi. quadruplex esse Cardamomi genus scribit, sic inquit.
Simile est amomo Cardamomum & nomine, & frutice, semine oblongo. Metitur eodem modo & in Arabia. Quatuor ejus
genera: viridissimum ac pingue, acutum angulis, contumax fricanti, quod maxime laudatur: proximum è rufo candicans:
tertium brevius, atq, nigrum: pejus tamen varium, & facile tritu, odorisq, pravi, quod verius costo vicinius esse debet:
hoc & apud Medos nascitur: hactenus Plinius. Sed nescio quos auctores sit secutus, quandoquidem tam Dioscoridis,
quam ceteris Græcis, unum tantum extet Cardamomi genus. In cuius defectu supponit Galenus aut myrrum, aut
cype-

*cyperum: Qui præterea Cardamomi meminit libr. VII. simplicium medic. his verbis. Cardamomum est sanæ facultatis admodum calida, non tamen usq. adeo, ut nasturtium: sed quanto suavius, magisq. fragrans est nasturtio, tanto & imbecillior ei calida facultas inest: nec enim ulcerare idoneum est vel ipsum per se illitum. Porro adjunctum habet quiddam etiam amaritudinis, qua lumbricos interficit, & cum aceto valenter psoras detergit. Cardamomum, *napda* *μωμω*, quod non secus Latine atq. Græce vocatur: Arabibus, Cardamoni, seu Cordamoni: Italicè Cardamomo: Germanis, Cardomömlin: Hispanis, Grana de parayso, [officinis Melegeta & grana paradyfi.]*

Cardamomi vires ex Galeno. Nomina.

Kαρδάμωμον dicitur quasi Nasturtium suave. Verum an officinarum Cardamomum sit idem cum Dioscoridis Cardamomo, ambigitur: cum nullas Dioscorides notas proponat, ex Galeno & Paulo id elici debet: quod si ergo ea perpendamus, quæ Galenus lib. 2. de Antid. in compositione Zenonis habet, *καρδάμωμον τῶν λουάνων, τὰς ἐντερικόνες*: & in versibus Damocratis, Cardamomum semen esse quod sit inclusum folliculo: Dein si color albicans ex Aegineta addatur: tum ex Dioscoride, quod eligendum sit plenum, frangenti contumax (intellige dum adhuc in folliculo est) oclufum, quod odore caput tenet, gustu acre sit & amarum, Hæc si cum nostro conferantur minore Cardamomo, omnes in eo notæ, ut arbitror, apparebunt, licet Manardus & Brasavolus astruant, vero nos Cardamomo carere. Verum Dioscorides & Serapio integros utriculos grani refertos, ut olim afferebantur, describere: hodie verò ut plurimum sola grana adferuntur, cum Græci, ut videre est apud Galenum 7. de Compos. medicament. secundum loc. 3. in confectione Pamphili, *καρδάμωμον ἐν ὑτρίκιον μίαν* exenteratum, & aliquando *τὸν ὑτρίκιον* ex utriculis exempta grana requirant. Sunt alii qui nostrum Cardamomum veteribus tum Græcis tum Latinis indicum, & Dioscoridis Cardamomum idem esse cum Arabum Cordumeni velint: at officinarum Cardamomum esse Arabum Saccolaa aut Saccule Avicennæ: alii majus Heyl & minus Helbane vocitant. Cæsalpinus ex genere Afari Cardamomum esse dicit: sed de his agemus Deo auxiliante in tractatu nostro, quem de materia Medica in officinis usitata inscribemus. Genera plura videtur Dioscorides agnovisse, cum ex Comagine, Armenia, Bosphoroque devehi scribat, & subjungat in India quoque (unde ad nos etiam adfertur) & Arabia pervenire. Hoc ex Galeno probari posse videtur, qui in Theriaca Andromachi 1. de antid. & 1. de Theriaca ad Pisonem, Indæum requirit Cardamomum. Tria proponit genera Matthiolus: ac recentiores quinque agnoscunt, his nominibus. I. Cardamomum majus Matthiolus vocat ea grana, quæ officinis & vulgò Grana paradyfi dicuntur, qua voce Lon. & Lac. utuntur, hic verò Cardamomum quoque hortense nominat. Grana paradyfi, alias Melligeta, quæ Cardamomum majus vocant malè. Cord. in Diosc. Melligetta seu Cardamomum piperatum, Cord. hist. Milleguetta, Grana paradyfi, Lob. Cardamomum alterum, Cæsalp. Cardamomum primum. Cam. 1. Cardamomum Arabum majus. Tab. II. Cardamomum medium Matthioli: Cardamomum majus, Heyl Arabibus, Cord. in Diosc. & hist. Cardamomum medium, Lon. Cast. Cardamomum vulgare, Lob. Clus. in Gar. Tab. Cardamomum 2. Camerario. III. Cardamomum minus quod vocat Matthiolus, à recentioribus in tres species distrahitur: & notatum dicitur Cardamomum mediocre, Cord. hist. Cardamomum medium, Lob. Tab. Cardamomum 3. Cam. 4. Cardamomum minus propriè Matth. & Lac. cui & Cardamomum minus, quod simpliciter Cardamomum dicitur, Helbane Arabibus, Cord. in Diosc. Cardamomum minus, Eid. hist. Tab. Cardamomum minus vulgare, Lob. & Clus. in Gar. Cardamomum primum, Cæsalp. Verum quemadmodum Matthiolus cum præcedenti junxit: sic & Camerarius cum priori, Cardamomi tertii nomine pingit. 4. Cardamomum minimum, Lob. Taber. Cardamomum quartum, Camer. 1. Lugdunense herbarium ad imitationem Matthioli, Cardamomi omnes species una icona proposuit.

I. NARDUS INDICA.

NARDUM. CAP. VI.

Duo Nardi genera: unum Indicum, alterum Syriacum appellatur, non quòd in Syria proveniat, sed quòd montis in quo oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur. Ex hoc Syriaci genere, præcipuum est recens, & leve, largam gerens comam, flavum colore, perquam odoratum, ac cyperum redolens, & brevi spica, amaro sapore, linguam siccante, quod diu in sua odoris gratia permaneat. Ex Indico autem Nardo quoddam Gangitis vocatur, à fluvio Gange, apud quem enascitur, montem præterfluente: quod genus ob multam loci, in quo prodit, uliginem, viribus infirmius est, atque procerius adolescit, plures ferens spicas, ab unica radice comas, unaque convolutas, ac graviter olentes. Montanum autem odoratius, spica brevi ac mutila, odore cypero vicino, cæteras habens Syriaci dotes. Est & genus quoddam, cui Sampharitico nomen locus indidit, frutice brevi, in magnas se spargens spicas, candidiore interim medio caule, hircorum virus supra modum redolente: quod improbat: madefactum vendi solet, quod vitium ex eo deprehenditur, quod candida sit spica, & squalida, sua-

† Brevi, *μικρὸν* i. parva.

Frutice brevi nō legitur Ori-basius, neq. ullū exemplar.



que careat lanugine. Adulteratur stibio cum aqua, aut palmeo vino, inspissationis ponderisque causa inspirato. Intueri autem oportet, si lurum radicibus insideat, & incerniculo pulverem excutere, eluendis manibus utilem. Vim habent excelsatoriam, & exiccantem. Urinam movent: alvum

etibus ex more reddere Dioscorides, quam spica. Quod praterea Galenus plus laudaverit Nardi caules, quam spicam (ut asserit Brasavolus) nusquam compertum habeo. Caterum quanta sententia inconstantia Nardi historiam idem descripserit, ex suo posteriori simplicium examine, in quo ultimam manum imposuisse faretur, facile conicitur, dum senem secum colloquentem instruit, his verbis: Ne igitur in his montibus Nardum queras, sed Venetiis spicam, caulem, & radicem emes. At sui ipsius statim oblitus videtur non multum post lineis, cum inquit: Aliud verò sunt spica, & flos, quæ ad nos non asseruntur. Ex quo facile crediderim, ipsum non modo Nardi historiam confudisse, atque etiam, quod peius est, corrupisse, sed etiam sibi ipsi, vel potius seni verba dedisse: primum namq. ait, Venetiis spicam, caulem, & radicem reperiri: mox spicam ad nos advehi negat. Sed antehoc in re Plinium quoq. graviter hallucinatum invenio: quippe qui libro 5 cap. x i i. in Nardi ipsius historia longe dissideat à Dioscoride & Galeno, quin & à ceteris materia medica auctoribus, dum ita scribit: Nardum frutex est gravi, & crassa radice, sed brevi, ac nigra, fragiliq., quamvis pingui, situm redolente, cyperi odore, aspero sapore: folio parvo, densq., cacumina in aristis se spargunt: ideo gemina dote Nardi spicas, ac solia celebrant: hac Plinius. Cuius doctrinam secuti, non modo Ferrarienses Hermolai & Ruellii error. sed Hermolai, & Ruellii, ipsi quoq. pariter aberrarunt: siquidem Ruellius (ut puto) nulla alia de causa asserit, se in officinis Nardum vidisse, cui inerant dotes omnes illi à Plinio redditæ, quam ut Plinianam tueretur lectionem: quod tamen falsum esse arbitramur: Ego enim tametsi Nardi quam plurimum in Venetiis officinis diligenter examinaverim, ac selegim, aliud tamen, quam spicam videre mihi non licuit. Quapropter nullum inveniri Nardum existimo, quod in caulium cacumine spicas proferat, quemadmodum tradidit Plinius, asserit Ruellius, & contendit Brasavolus, contra Galeni, & Dioscoridis sententiam. Qui Nardum describit plures ferre spicas, non quidem à caulibus, sed ab una tantum radice provenientes: non tamen quod aliaradix viribus prestant spicis ipsis subit, sed quoniam, cum plures in radice sint spica, necesse est, ut basi, vel firmamento aliquo consistant, à quo originem trahant, ut in allio & liliis radicibus conspicitur. Quod pro explorato confiteri possum, cum saepenumero Venetiis Nardi spica, cespites viderim, tum figura, tum etiam spicarum connexu altum referentes, ut unusquisq. pro arbitrio experiri poterit. Verum enimvero ut probè responsum sit omnibus ferè objectionibus, dicimus, quod si forte reperirentur, qui assererent illas esse proprias Nardi radices, quæ capillaceis fibris à spicarum basi oriuntur, ut in allio, capis, ac bulbaceis omnibus visitur, & eapropter spicas in annexas non esse Nardi radices, sed per se partes ab his admodum differentes, potest eorum objectio facile dilui Theophrasti testimonio. Siquidem is lib. primo, cap. x. de plantarum historia aperte declarat, in allio, capis, bulbis, liliis, ac aliis ejus generis, & per consequens in spica, non solum dici radices ea capillamenta, quæ bulbaceis illarum plantarum capitibus subjiciuntur, sed etiam id bulbaceum totum, quod terra reconditur. Et ut res ipsa clarior omnibus sit, generali regula expressum voluit, quod totum id in quavis planta, quod sub terra obruitur, radix commodissime dicatur. Proinde videtur Nardum ipsam inter radices idem memorasse Theophrastus lib. i x. cap. v i i. de plantarum historia, his verbis: Quibus ad unguenta utuntur, hæc ferè sunt, casia, cinnamomum, cardamomum, nardus, narum, balsamum, aspalathus, styrax, iris, narta, costus, panaces, crocum, myrrha, cyperus, juncus, calamus, sampuchum, lotus, anethum. Horum alia radices, alia cortices, alia rami, alia ligna, alia semina, alia lacryme, alia flores. Quibus palam est, non posse Nardum nisi inter radices recenseri, cum nec corticis, nec ligni, nec rami, nec floris, nec seminis, nec tandem lacryme speciem præ se ferat. Quod cum rectè scrivisset Galenus tum lib. i. de antidotis, tum i x. de compositione medicam. secundum locos, Nardi spicam radicem esse declaravit. Verum longe ab omni Nardo distat NARDUS ITALICA, qua nostris vulgo vocatur Spigo. Cuius etiam generis ea est planta, quam aliqui vulgo appellant Lavanda, alii verò Lavendula, adeo ut hæc femina, illa verò mas in eo genere à quamplurimis vocentur. Mas folio constat latiore, longiore, crassiore, robustiore, albidiorq., quam femina. Sed utraq. planta fruticosa, ac lignosa, stachadis aut rosmarini modo, innumeris referta est foliis longiusculis angustiusculisq., e quorum medio juncei exeunt cauliculi, quadranguli, renues, dodrantalem longitudinem excedentes: in quorum cacumine flores exeunt spicati, colore purpureo, (quamvis in femina dilutiores, patientiores, & mitiore satius odore, ac magis grato) odore fragrant, verum usq. adeo acuto, ut nares feriat. Nascitur in collibus & locis saxosis, à sole illustratis, & feritur in hortis. Excalfaciunt, & exiccant ambo ordine secundo completo, vel tertio inchoante, viribus à Nardis omnibus non longè recedentibus. Aperiant, attenuant, resolvunt, concoquunt. Conferunt omnibus cerebri agitudinibus à frigido provenientius: Epilepticis, apoplecticis, veterosis, convulsis, resolutisq. auxiliantur: ventriculum roborant, & jecur ab infarctu liberant: quin & obstructos lienes juvant: uterum calefaciunt, & menses, & secundas educunt. Flores ex vino servescit urinam pellunt, & status dissolvunt illi. Datur decoctum è floribus paratum utiliter morbo regio affectu ab infarctu jecinoris, & praesertim si cum Marrubio, cinnamomo, & feniculi, & asparagi radicibus incoquantur: colluuntur item eodem decocto utiliter in dolore dentes, rheumatismus praesertim obnoxii: stillatitia florum aqua potu duorum cochlearium mensura, deperditam reddit loquelam, & cardiacam sanat: praestat quoq. ad animi deliquia non solum pota, sed etiam naribus illita, & arteriis admodum. Fit è floribus stillatitium oleum vitreis

Plinius hallucinatur.

Hermolai & Ruellii error.

Dilectio cuiusdam objectionis.

Nardus Italica.

Nardi Italice historia.

Nardi Italice vires.

Florum Nardi vires.

II. NARDUS ITALICA.



Oleum
Spicz.

III. LAVENDULA.

Nardi
Indicæ
vires ex
Galeno.

Nomina.



organis, quod proprie unguentarii vulgò vocant olio de Spi-
go, odoris adeo acerrimi, ut cetera odoramenta superet: quo
fit, ut extra officinas illud asservent, ne moschi, ambari, Ri-
betti, aliorumq; unguentorum, & aromatum suavitatem
intercipiat, quod illinitur ubi excoalscere sit opus. Femina
etsi idem possit, quæ mas, at peculiariter vestibus interposi-
ta, eas a tinearum rosione vendicat, & odoratas reddit.
Nardi Indica vires scripsit Galenus lib. viii. de simplicium
medicamentorum facultate, sic inquit: Nardi spica ex-
coalscit excessu primo, & desiccatur secundo jam completo. 10
Composita est ex adstringente sufficienter substantia, &
acri calida non multa, & quadam leviter amara. Ex his
constans facultatibus radix & ad jecur, & ad stomachum
rationabiliter convenit cum pota, tum extrinsecus imposi-
ta. Urinam ciet, morsus stomachi sanat: in ventre, ac inte-
stinis consistentes fluxiones desiccatur, adhuc & eas, quæ in
capite & thorace. Valentior est vocata Indica, nigriorq;
quam Syriaca vocata. Νάρδος & νάρδος γάρδος sic Græci di-
citur, ut Latini Nardum, & Nardus, seu Nardi spica:
Mauritanis, Stumbel, aut Senbel: Italis Spico & spigo nar-
do, Germanis Edelfrembd / Wolfrichendi Spicken Nar-
des Hispanis, Azambur, aut Espiga sil. Gallis, Aspic d'ou-
tremer. Bohemis, Nardus indyanski. At vulgaris nardus
quæ pseudonardus, seu Nardus Italica, Italis spigo, Germanis
gemeine Spicken-Narde: Bohemis spica nardomaci:
Gallis Lavande masle. Lavendula verò seu Pseudonardus
femina. Italis lavanda: Germanis Lavendel: Bohemis
Lavendula: Gallis Lavande femelle.

Nardus fortè à Naardo urbe Syriaca Euphrati 30
contermina: aliis νάρδος γάρδος: quam inter aro-
mata Dioscorides, inter odorata Theophrastus 9. hist. 7. recensuit. Nardus Indica quæ Spica officina-
rum, & à Syriaca & Gangite natalibus tantum differre videtur, & hodie ad nos indistinctæ iisdem sac-
cis adferuntur: qua de re in universali nostra historia. Nardus Indica sive Spica Nardi, Marth. Ital. & 4.
Cast. Nardus & Spica Cord. in Diosc. Nardus Indica, Cord. hist. Loni. Tab. Nardus Gangitis, Anguill.
Spica Nardi, Advers. Lob. icon. Garzæ, Acoftæ. Lugd. Cæfal. cui ex algarum genere esse videtur. Nar-
dus, Lac. Lob. ob. Cluf. in Garz. Spica Nardi Indica, Lugd. Quando simpliciter Nardus habetur, Indica
vel Syriaca intelligenda: sic & quando simpliciter Spica scribitur, hæc Spica Indica, vel Nardus intelli-
genda. II. Lavendula quia lavacris expetitur, à Plinio lib. 8. cap. 12. Pseudonardus: à Mefuæo stæ-
chas Arabica dicitur: quam aliqui ad Stachadem veterum, alii ad Libanotidem coronariam, ut Leonice-
nus, Manardus & Ericius Cordus: alii ad Casiam Vergilii referunt: alii ad Casiam albam Theoph. alii 40
Cercorum albam ejusdem censent: quibusdam Spica seu Nardus Celtica male statuitur, cum & Nar-
dus Celtica & Lavendula sui generis sit planta. Hæc triplex, latifolia, angustifolia & dissecto folio. La-
vendula latifolia C. B. libanotidis Coronariæ species, Leoniceno & Manardo: Spica, Nardus Germa-
nica, Trago, Pseudonardus, Matth. 4. & Castori. Pseudonardus femina, Fuch. icon. Lavandula femi-
na, Dodo. gal. Lavandula major, Cord. in Diosc. & hist. Lavandula vulgò dicta stachadi veterum cognata,
Gef. hor. Nardus Germanica: Spica recentiorum, Lob. obs. Nardus Italica, Lob. icon. Lavandula,
Ericio Cord. Dodo. Lavandula mas, Lugd. Lavandula vulgaris altera spica longiore, Cluf. hisp. Laven-
dula foliis latioribus, Cam. hor. Lavandula prima, Taber. Flore variat, ut sequens, qui communiter
cæruleus, est & purpureo & albo. III. Lavendula angustifolia C. B. Lavendula, Casia Germanica, 50
Trago Pseudonardus femina sive Lavandula, Matth. 4. Cast. Pseudonardus mas, Fuch. icon. Lavandu-
la mas, Dodo. gall. Lavendula vulgaris, Cord. in Diosc. Lavendula minor, Cord. hist. Lavandula, Lac.
Lon. Cam. hor. Nardus vulgò dicta, Gef. hor. stachys, August. Spica Lavendula, Lob. Lavandula altera,
Dod. Lavendula brevior folio & Spica, Cluf. hisp. Lavandula femina, Lugd. Spica Italica, Cæf. Spica
alba Tabernæmontano.

a bap-
ones mi-
xet i. par-
vus fru-
tex.
b. varietas
in i. sub-
longa, le-
git vul-
gata edi-
tio, Ori-
basius
verò i. i-
pauca.
c. Omnia
exc. i. i.
Lavendula.
i. i.
subrufa.

Νάρδος ινδικός.

NARDUM CELTICUM. CAP. VII.

Celticum Nardum nascitur in Liguria Alpibus, Aliungia patrio nomine appellatum: provenit quæ
in Istria. a Exiguè fruticat, & cum radicibus in manuales fasciculos componitur. Folia habet b ob-
longa, colore in flavum languido: florem luteum. Caulium, & radicem duntaxat usus est, & odoris 60
suavitas: unde pridie fasciculos aqua ablueret expedit, & exempta terra, pavito solo atque humenti sub-
jecta charta reponere, postridie repurgare, siquidem utile, cum aceroso alienoq; propter humoris vim,
non excutitur. Adulteratur imposita herba simili, quæ Hirculus vocatur, ab odoris gravitate. Sed facilis
cognitio: namq; herba candidior est, sine caule, minus oblongis foliis, radice neq; amara, neq; odorata,
uti verum Nardum est. Itaq; radices, atq; cauliculi, abjectis foliis, triti secernuntur, vino excipiuntur, di-
gerunturq; in pastillos, & ita fictili novo diligenter operto, asservari debent. Laudatur maximè, recens,
jucundi odoris, radice numerosa coherens, plenum, nec fragile. Ad eadem, quæ Syriacum, pollet: sed
vehemen-

vehementius urinam cit, & stomacho utilius est. Inflammationibus jecinoris, & felle suffusis auxiliatur. Contra stomachi inflationes, cum absinthii decocto bibitur: item adversus lienem, renum & vesicæ vitia, & venenatos ictus, ex vino. Additur in malagmata, potiones, & calfacientia unguenta.

NARDUS CELTICA.



Tanta fuit veterum, qui nos præcesserunt, negligentia, ne dicam ignorantia, ut non modo in veram simplicium medicamentorum cognitionem, quæ peregrina ex longinquis terrarum partibus advehuntur, probatissimorum auctorum ope, venire non elaboraverint: sed ne minimam quidem curam adhibuerint, communis reipublicæ beneficio, ut de his saltem quæ in quâ plurimis Italia locis, ac aliis non longè distantibus inveniuntur, quicquam lucis assequerentur, ac posteris relinquerent: quin potius in suis multo videntur negligentiores, quàm in alienis. Nasitur Celtica Nardus in Liguria Alpibus, nascitur & in Istria, pariterq; in montibus non longè à Villaco Carinthia oppido, & Iudemburgio Stiria: attamen non ob id legitima in multis visitur officinis: nec fortasse in iis videretur, nisi his nostris lucubrationibus annis superioribus Italico sermone editis, pharmacopola plures diligentiores redditi, medicam materiam accuratius expendere cepissent. Sed id magis deestandum videtur, quòd iis in regionibus, ubi Celtica Nardus nascitur, magis hallucinentur homines, quàm alibi: siquidem Genua, quæ Liguria est civitas (nisi jam admoniti respiciant) aliis, finitimis locis, ubi Celtica nardus facile haberi potest, tam Medici, quàm seplasiarii aliorum ignorantiam secuti, illius loco, Lavanda sic vocata, vel nostrate Nardo passim utuntur. Quæ quantum in historia omnibus notis, non dicam viribus, à Celtica nardo discrepent, quicquid, primum rem optime perpenderit, ac deinde notas, & qualitates illi à Dioscoride redditas, cum Lavandæ, nostratiquè Nardi notis comparaverit, manifestum eorum lapsum facile incusare poterit, quippe Celtica nardus in brevem, exiguamq; plantam consurgit caule tenui, & imbecilli, radice squamosa, spica faciem referente, è qua tenues & nu-

Nardi
Celticæ
confide-
ratio.

Ubi na-
scatur
Nardus
Celtica.

Compa-
ratio nar-
di Celti-
cæ cum
Lavandæ.

merosa prodeunt fibræ: Lavandæ verò, & socia Nardus magno exoritur cespite, ramusculis proceris, densissimiq; comantibus foliis. Illa folia sunt subrubea, & flores flavo colore: hæ autem foliis consurgunt incanæ, floribus spicatis, & colore purpurascens. Illius caule & radicibus utimur, quòd hisce partibus maxime polleat: harum verò tantum flores commendantur. Quod satis clarè demonstrat, quàm facile decipiantur, qui tam levibus & falsis feruntur opinionibus. Verum quanquam (ut in superioris Nardi mentione diximus) communi omnium sententia compertum sit, Lavandæ, spicaq; nostratis facultas ad omnia Nardi genera propius accedere, hoc tamen eos ab errore non vindicat, qui Lavandam Celticam nardum esse contendunt. Præterea non desunt pharmacopola rei herbariæ penitus ignari, qui pro Celtica nardo plâ-

40 tam quandam incognitam emant humi repentem, caule longo reflexoq; cupis folia, quæ colore subflavo constant, adeo densa ac minuta sunt, ut potius muscosam arborum, & lapidum materiam, quàm aliud representent. At quòd in vesti-

endis caulis ipsius ramusculis, eos tam dense circumdant, ut serè spica effigiem præ se ferant, pro Celtica nardo ab impostoribus venditur: sed hæc haud amarescit, nec illa odoris præstantia commendatur. Huius imaginem dabimus inferius, ubi de arboreo musco differemus. Ceterum ingens legitima nardi Celtica proventus habetur in Stiria, Austria & Carinthia contermina, ubi Iudemburgensis rura suis è montibus quotannis innumeros comportant fasciculos, quibus magnos admodum replent saccos, & mercatoribus vendunt, qui in Syriam, & Aegyptum mercimonia convehunt. Siquidem (ut ferunt) Syrii, & Aegyptii Celtica nardus maxime expetitur, ut balneis eam imponant, quibus frequenter utuntur. Celticam

50 nardum ad me primum misit Petrus Salicetus clarissimus Medicus ex Grazio Stiria oppido: in cuius plantis & spica in radicibus, & folia, & flores in caule (ut appicta figura demonstrat) nullo impedimento cernebantur, adeo ut à Dioscoridis historia nulla ex parte recederent: nec ulla tamen spica in ejus cacumine videbatur, uti Ruellius & Brasavolus in Indica nasci scripserunt. Quamobrem nobis quoq; jam liceat literis memoriæq; mandare Celticam nardum non modo in Liguria, & Istria provenire: sed etiam in Stiria, Carinthia, ac etiam aliis fortasse locis: quippe superiøre anno ego huius Nardi nonnullas inveni plantas in quodam Vipaci monte, qui tantum viginti millia passuum à Goritia distat. Verum si eo de-

stituatur Medici, commodè Indicam supponere potuerunt. An verò Celtica nardus sit Saliunca, aut non, de qua Vergi-

60 tius, & Plinius scripsere, etsi hæc inter se nullam habere cognationem pluribus comprobare possem: cum tamen ea parum, vel nihil rei medicæ conferant, silentio involvenda duximus: quanquam eruditissimus Leonicens non animadvertens Dioscoridem Aliungiam, non Saliuncam, Celticam nardum appellasse, Plinium accusat, quatinus ipse potius deceptus fuisse videtur: quemadmodum & Fuchsius vir alioqui nostra ætatis clarissimus. Is quidem in suo libro de componendis medicamentis, quem ultimo loco auctum edidit, ubi Diathamaron expendit, Celticam nardum à Saliunca nihil differe existimat. Plinius tamen locis separatim de utraq; tanquam verbis inter se differentibus tractavit: neq; ea notis tantum disident apud antiquos auctores, sed etiam natali solo. Dioscoridi enim Celtica nardus in Liguria Alpibus, atq; in Istria provenit: Plinio verò Saliunca in Pannonia, & Noricis nascitur. Itaq; Fuchsius ut Ruellii sententiam secutus, qui Celticam nardum Dioscoridi Saliuncam appellari affirmat, ita mihi & à veritate defecisse, & unà cum illo errasse creditur, quandoquidem Celtica nardus Dioscoridi ἀλίσυνη, non σαλίσυνη vocatur. Ceterum Saliuncam Plinio aliam ab ea esse plantam, de qua Vergilius meminit in Bucolicis, ut Anguillarius contendit, non ita facile consentiam, tum quòd Servii authoritas in simplicium censura perinde ac in Grammatica mihi probanda non sit, tum quòd nullo authorum testimonio

probare

Leonici-
centi, &
Fuchsi
opinio
impro-
bata, qui
voluerit
Celticam
nardum
à Saliun-
ca non
differre.

Anguil-
larii opi-
nio re-
probata
in Sali-
unca, &
Hirculo.

probare nitatur Anguillarius, nil aliud Vergilio esse Saliuncam, quam Anemonem, Grammatici tantum illius authori-
tate fretus, qui nec lactucas recte fortasse novit. Scribit quidem Servius Saliuncam vulgo vocari Orcitunicam, cum ta-
men nec illam (ni fallor) noverit unquam. Sed quare ratione aut autoritate, Orcitunicam, de qua, nemo est, qui me-
minerit, Anemonem fecerit Anguillarius, nec ipse dicit, nec ego conicere possum, miror tamen hominem hunc rei herbaria
peritum, in re tam gravi, tam levibus, tamq[ue] vulgaribus niti argumentis, sed ut fortasse conducibilis sibi fore putat, no-
vi aliquid in medium asferre, quam de his gravius iudicio differere. Ego sane etsi parum in hac facultate sum versatus,
haudquaquam tamen dixerim Anemonem, proceram sativam plantam, vocari Vergilio humilem: nam & ipsa Vergilii
comparatio, nostra aspiculatur sententia, quippe qui, ut Mopsus plurimum laudaret, ei tantum cedere dicit Amyn-
tam, quantum Saliunca humillima herba, puniceis cedit rosetis, facta comparatione a pumila planta ad roseta. Nec

Hirculus.

HIRCULUS.



Nardi
Celticae
vires ex
Galeo,
Nomina.

praeterea placet Anguillarii ipsius opinio de HIRCULO herba, 20
quam a Samphoritico Nardo, quod in India nascitur, nihil dif-
ferre putat. Siquidem Hirculus herba est, Celtica nardo similis,
non quidem nardi genus, ut Samphoriticum, ita a loco in quo
provenit, denominatum, & in magnas se spicas diffundens: sed
fortasse, quod hircum redoleat, hirculum id esse censet Anguilla-
rius, cum quo Celticam Nardum adulterari scribit Dioscorides.
Sed non omnes herba, quae hircino sunt odore, hirculi sunt appel-
landae. At qui si quis plura de Saliunca videre cupit, nostras legat
epistolas Joanni Cratoni inscriptas. Meminit Celtica nardi Ga-
lenus lib. viii. de simp. med. fac. his verbis. Nardus Celtica jam di- 20
ctis nardis similis quadantenus in genere facultatis est: ceterum
ad omnia imbecillior, praeterquam ad provocandam urinam, si-
quidem calidior illis est, sed minus adstringit. Quae planta Graecis
Νάρδος κελτική, Latini item Nardus Celtica, seu Nardum Celti-
cum, seu Spica Celtica appellatur: Itali vero Nardo Celtico. Si-
ve Spica Celtica: Germani, Celtscher Nardus: Galli, Nar-
dus Gaulois: Bohemi, Celtica Nardus.

Nardus Celtica a loco forte natali nomen habet: 30
Celtarum autem appellatione tam Germani, (apud
quos ut in Austria, Styria, Pannonia, Norica & Alpibus
Helvetiorum provenit) quam Galli (cujus nomine Nardus Gallica Plinio lib. & cap. 12. dicitur) vocan-
tur. Addit Dioscorides, & patrio nomine appellari ἀλδύνη, sic enim Marcellus, Ruellius, Matthiolus,
& Cæsalpinus legunt, at Goupylius in notis ἀλδύνη legendum existimat: alii γαλδύνη legendum
putant. Recte videtur Saliunca legi, qua voce & Plinius (non tamen cum Vergilii Saliunca idem dici-
mus) loco citato, & Scribonius, cui & Nardus sylvestris, usus est, sic & Germani plerique eandem her-
bam adhuc proprio veterique nomine Celticum, quasi animam juvenilem reddentes, appellant, apud
Galenum, Nardum Celticam interpretes posuit Gallicam. Nardus Celtica Dioscoridis, C.B. sic & Lac.
Gef. hort. qui Valerianæ cognatam dicit) Cord. hist. & in Diosc. (cui & Spica Romana offic.) Lob.
Cast. Lugd. Tab. Saliunca, Gef. hort. Nardus Gallica & Saliunca Plinii, Cæf. Nardus Alpina seu Celtica. 40
Valerianæ sylvestris species, Clus. Pan. Verum notare convenit, differre eam, quæ in monte Baldo cre-
scit, ab ea quæ in altissimis Valesianorum montibus provenit, quod cauliculi non sint glabri, nec flosculi
in umbellam congesti: hujus iconem Camerarius in suo Matth. nomine Spicae Celticae fastigiato flo-
sculorum ordine proposuit. HIRCULUS similis est Nardo, sed candidior, ex viridi cinereus, folio
minore, odore gravi, unde nomen, radice villosa ac nigricante, nec odorata, nec amara, sic & folia præ-
mansa nullum aromaticum saporem reddunt: sed lenta & viscida sunt, cujus figuram adposuimus: &
Hirculus, Cæf. Cam. Tab. Hirculus veterum, Clus. in Garz. Lugd. & Hirculus, Nardo Celticae simi-
lis herbula, Advers. & Lob. dicitur.

Nardus montana.

NARDUS MONTANA. CAP. VIII.

50

Oribasi-
us non
legit co-
clusa.

Montanum Nardum (quod ab aliquibus thylacitis, & niris appellatur) in Cilicia, & Syria nascitur:
Embitar legit αλδύνη, caule & foliis eryngio similibus, minoribus, minimè tamen spinosis, aspe-
risque. Radicibus binis nititur, aut pluribus, nigris, odoratis, ceu hastulae regiae, sed longè graciliori-
bus, & longè minoribus. Neque caulem, neque fructum, neque florem profert. Ad eadem, ad
quæ Celticum efficax.

Nardi
montanae
confide-
ratio.

Videtur in hoc capite Dioscorides non parum a se ipso dissentire, quod scripserit primum montanum Nardum cau-
le, & foliis esse eryngio similibus: mox prope capituli calcem eam scribat neque caulem, neque fructum, neque florem
proferre. Quapropter existimant tum Ruellius, tum etiam Marcellus id facile accidisse scriptorum incuria, qui vocum 60
vicinitate decepti ναλδης pro αλδύνη, vel αλδύνης scripserunt. Verum cum haec dictiones ramos, vel furculos designent,
quæ nomina potius arboribus conveniunt quam herbis, suntq[ue] idem rami in arboribus, quod caules in herbis: idcirco non
videtur hic locus, ut illi fortasse putant, a mendis vindicatus. Ceterum non crediderim ego Dioscoridem, qui est hac in
facultate facile princeps, & quem antiqua, & secuta aetas tantopere commendat, in tam paucis sui oblitum, adeoque
turpiter lapsum fuisse: quinimo nobis relinquitur suspicio, quod omnino in altera capituli parte vitium aliquod ac-
cesserit, non harum vocum vicinitate, sed potius scriptorum dormitantium negligentia, vel vigilantium temeritate.
Quofactum est, ut hactenus incertus dubiusq[ue] fuerim, an hac planta in Italia proveniat, vel aliunde eò asferatur.
Nardi

In lib. primum Dioscoridis.

I. NARDUS MONTANA.

II. NARDUS MONTANA altera.



Nardi montana imaginem, quam hic excudi curavimus, misit ad me Clariss. Medicus, & rei plantariae indagator maximus Ulysses Aldrovandus Bononiensis, quæ [folia habet majoris Phu, sed minora, caulem spithamæ longitudine, umbellam puniceo colore: radices duas Antora, aut testiculi modo subnigricantes ac fibratas, odore Phu, aut Asari] etsi folia Eryngii non habeat, cum tamen cetera respondeant, & in hoc capite plures habeantur menda, haudquaquam abducatur, quin credam montanam hanc esse Nardum, præsertim cum radices perquam belle respondeant, tum facie, tum odoris fragrantia, quæ à ceteris nardi generibus non dissentit. Brasavolus Ferrariensis, Indica nardi vice montana plurimum ad nos afferri à Cilicia scribit, eamque proprie montanam existimat, cuius passim in officinis est usus. Sed quæ ratione ductus novam hanc protulerit opinionem, ipse certe nescio: Nardus enim montana radices habet asphodelo

Brasavolus arguitur.

40 similes, non utique spicatas, leves, comosas, quemadmodum ea, quæ utimur ex India advecta: nisi forte Brasavolus voluerit Indicam nardum ideo montanam appellare, quod in montibus oriatur, ita quidem ejus sententiam veram esse putarem, non tamen à rei herbaria peritis acceptum iri. Nardi montane vires scripsit Galen. lib. 8. simpl. med. sic in-quiens. Nardus Montana, quæ & thylacitis, & pyritis nuncupatur, plurima in Cilicia nascitur, sed prædictis debilior est. Nardus montana, quæ & thylacitis, & pyritis nuncupatur, plurima in Cilicia nascitur, sed prædictis debilior est. Nardus montana, quæ & thylacitis, & pyritis nuncupatur, plurima in Cilicia nascitur, sed prædictis debilior est.

Nardi montan. vires ex Galen. Nomina.

† In Orbasio, qui simplicium descriptiones Dioscoridi acceptas refert, legitur *λινονίτσα*, hoc est, candidiores, quod Nardus montana confert radicibus asphodelo non solum minoribus & gracilioribus, sed etiam candidioribus.

† Nulla quidem dissimulanda est ratio, quæ probatissimi quique scriptores veteres à mendis, quæ eorum scripta temporum injuria, & multorum imperitia contraxerunt, vindicari possint. In hoc capite Dioscoridem depravatum esse, ita ut etiam à seipso dissideat, manifestum est: in qua autem parte vitium lateat, quodque illud sit, dubiæ feruntur opiniones.

50 Verum etsi nos quoque ejus rei incertos esse antea scripsimus, nunc tamen inclinatur animus, ut in hoc loco mendum subesse, illudque ex malo unius vocis Græcæ intellectu ortum esse arbitremur. Siquidem verbum *ἐπερ* non pro fert, sed pro ovuq̃, id est confert, accipiendum fuit. Itaque non *ἐπερ* *ἡ* *καυλὸς*, *ἢ* *καρπὸς*, *ἢ* *ἄνθος* *ἐπερ*, ut vulgati codices habent, & legerunt interpretes, sed *ἢ* *καυλὸς*, *ἢ* *καρπὸς*, *ἢ* *ἄνθος* *οὐκ ἐπερ*, hoc est: Neg, caulis, neg, fructus, neg, flos confert, prodèstve, legendum esse judicamus. Etenim radices, utpote odorata, usus præcipue commendatur, non aliarum partium, quæ ut odore carent, ita etiam inutiles habende sunt. Et certe facili potuit esse error librarii Græci imperiti, vel potius temerarii, casus nominum mutantis ad ineptam ac incongruam huic loco verbi illius significationem. Subscribunt huic nostræ castigationi cum alii rei herbariæ studiosi, tum Gabriel Fallopius Mutinensis, vir & ingenio & doctrina celebris, tum etiam Ioannes Odoricus Melchiorius Tridentinus, medicus non vulgaris eruditionis.

60 Nardus montana radice olivari C. B. Theophrastus Nerum appellat inter odorata, quibus ad unguenta utitur: dicitur & *βυλάντρη* Dioscoridi, quoniam olim ex Cilicia coriaceis sacculis, quos *βυλάντρη* vocant, ad externos ferebatur, partim ad medicum usum, partim ut ignibus propter odorem in sacrificiis injiceretur, unde & Pyrites vocatur. Hæc illa est Spica (licet aliqui Crocum esse velint) cujus Ovidius in Fastis meminit: Et sonat accenso Spica Cylissa foco. Dicitur Nardus montana Anguil. Adv. Lob. Cam. hor. Lugd. Tab. Cæf. Hujus duæ sunt species radice potissimum differentes: altera radice est olivari orchidis instar, non tantum gemina, sed pluribus: altera radice est oblonga, cujus iconem Nardi montanæ longius radicata nomine ex D. Camerarii Matthiolo proponimus.

Καρπὸς

† Addit
Catac.
βασανισ-
μὸς τῆς
καρπύνης.
i. perda
odorata
corona-
ria. Meū
verò ha-
bet. οὐδὲ
κρίθας ἄ-
γριας καὶ ἄλλας πᾶσι τῶν δὲ τῶν καρπύνης.
Conclusa non legit Orbasius. † Antiquum exemp. leg. πυκνότερα i. densiora. Ruellius autem vide-
tur legisse μικρότερα. a Meum exemp. leg. αὐτὸ μετὰ τὴν φύλλων σφιδαν σφιδαν ποικίλ, ὅς καὶ καὶ ποικίλ ἱμφορῶν i. flos inter folia ad radicem
cyaneus, cythium hyoscyami referens. b Catac. addit λανθάνει i. leviter. c Meum exempl. ἰσχυρὸς γινώσκων. i. simile vinaceis. d Meum
exemp. πᾶσι Catac. verò πᾶσι. e. Exempla omnia ad radices hanc tantum referunt. f. Meum exempl. habet καὶ βασιλ. i. tulli. g
Ista dicuntur continua oratione cum aliis.

Asarum † (quod & ipsum aliqui sylvestre nardum appellant) hederæ foliis † minoribus multò, ro-
tundioribusque a floribus cythio hyoscyami similibus, purpureis, inter folia proximè radicem e-
micantibus, b odoratis : in quibus c semen acinosum. † Cauliculos habet angulosos, asperos, & mol-
les : radices numerosas, geniculatas, tenues, obliquas, graminei non dissimiles, d longè tamen gracilio-
res, odoratas, excalfacientes, & quæ linguam vehementer mordent. e Excalfactoriam vim habet : uri-
nam cit : hydropicis, & vetusto coxendicum dolori f prodest. g Radices senis drachmis ex aqua mulsa
potæ, menses trahunt : & veratri albi modo purgant. In unguenta additur. Umbrosis montibus pro-
venit : sed plurimum in Ponto, Phrygia, Illyrico, & Italiæ Justinienfi agro.

I. ASARUM.

Asarum
& Bac-
char dif-
ferunt.

Plinii tu-
tela ad-
versus
Brasavo-
lum.



Nullam nostris temporibus officina ponunt differenti-
am inter Asarum & Baccharem : quinimò uno ore
serè omnes Asarum Baccharam appellant, adeò ut & nomi-
na hac corrumpant, & res ipsas confundant. At quantum
notis, & viribus inter se differant, is rectè iudicet, qui ha-
rum stirpium historias accuratius perpenderit : differunt
enim inter se admodum Asarum & Baccharis, ut diffusius
libro tertio differemus. Asarum itaq; procul dubio illa
fuerit planta, quæ vulgò Bacchara falso appellatur, cum
nullus ab historia dissideat notis. Ceterum Brasavolus im-
merito in Plinium spiculum contorsit, cum dicat ipsum eo
etiam in errore versari, ut Asarum Baccharem esse existi-
maverit. Sed profectò nesciverim ego, qua ratione illud
Brasavolus in Plinium scripserit : quippe qui libro 21 cap.
6. eos acerrimè arguat, qui Baccharem, & sylvestrem
nardum idem esse contendunt, his verbis : Sed eorum quoq;
error corrigendus est, qui Bacchar rusticum nardum ap-
pellavere : est enim alia herba sic cognominata, quam Gre-
ci Asaron vocant, cuius speciem, figuramq; diximus in nar-
di generibus : hac Plinius. Quibus palam est, Plinium sei-
psum à Brasavolo defendisse. Porro si etiam Plinii ætate non
decrant, qui Asaron Baccharem vocitarent, non mirum
fuerit, si in hunc usque diem protracta hac sit appellatio.
In qua fortasse perseverantes veterum nonnulli, Dioscoridis
Asaro eas serè omnes facultates reddidere, præter auctoris
mentem, quas ipse libro tertio Bacchari adscripsit : quod
facilius ad credendum vulgus allexit, Asarum & Baccha-
rem nomine tantum differre. Verum cum recentiorum quo-
rundam diligentia ac doctrina id totum Dioscoridi additū
deprehensum sit, eo quod diversis tum libris, tum capitibus
ipse de his differuerit, cumq; Orbasium, & Serapionem vi-

derint de Asaro ex Dioscoride scribentes, adulterinam hanc lectionem non admittere, id totum, quod eò accesserat præ-
ter auctoris sententiam, tanquam illegitimum abdicarunt. Asari vires scripsit Mesues inter dejectoria medicamenta,
ubi sic habet : Excalfacit asarum ordine secundo, & siccit tertio. Attenuat, reserat, resolvit & provocat, adstrictione
tamen non vacat. Bibitum non modò vomitiones ciet, sed & per alvum ducit, & per urinam, pituitam, & bilem deiecit.
Roboratur tamen admisto caprino sero, aut nardo, aut hydromelite. At manifestius pituitam, quam bilem educit, quo
fit, ut coxendicum ceterarumq; compaginum dolore vexatis non obscure opituletur : præsertim si sero maceretur, vel de-
coquatur. Facit mirum in modum ad jecinoris & lienis infarctus, scirrhososq; tumores. Quamobrem subventibus cut em
aquis fellisq; suffusionibus, datur maximo juvamento vino maceratum. Consert idem diuturnis febribus, inq; præser-
tim, quæ ex contumaci infarctu proveniunt. Oleum macerationis ipsius admisto ladano, dorsi spbondylis inunctum
sudorem commovet : leviter tamen coqui debet, nam si diu serveat, vim serè omnem deperdit, neq; etiam diuturna in-
diger contritione : diutius enim contritum facilius vomitiones, quam alvum ciet : hac Mesues. A quo edocti fortasse, in
Germania rustici tertianam febrem, & quartanam curant, epoto Asari, ex vino, decocto, Melle, Maci, cinnamomo, &
id genus aromatis additis. Bibunt enim huius decocti calidi cyathum unum, alii quotidie, alii alternis diebus, ita-
que alvum subducunt : & quandoque bilem, aut pituitam vomitionibus reddunt. Accedente autem paroxysmo, dorsi
spinam, & plantas pedum inungunt oleo calido, in quo Asarum diu fuerit insolutum, & deinde in lecto se compo-
nunt calido : sic enim horror minuitur, & sudor copiosus funditur. Est & planta in montibus, nascens in Bohemia.
cujus

II. ASARINA.



cujus hic imaginem damus, quam ASARINAM vocare libuit, quod Asaro congener videatur. Repit hac humi folio Asaro rotundiore, ac scabriore, leviter circumferrato, cauliculis pilosis, floribus melius anthemidis modo, sed longe minoribus, haud inodoris. Radices habet tenues, longasq. summa tellure repentes, acuto gustu, quadam cum levissima amaritudine, id quod calidum, siccumq. temperamentum indicat. Vini habet abstergerendi modicam, sed attenuandi, incidendi, aperiendiq. magis praestantem. Herba ipsa cum radicibus pota drachma pondere ex mulsae sive oxymelite, alvum exolvit, ducitq. crassam pituitam & atros humores. Ideoq. hanc novi quidam herbarii praeferrunt ad Morbi Gallici dolores, & articulares morbos. Datur quoq. utiliter hydropicis, & morbo regio laborantibus. Sunt qui ad comitiales, & resolutos eam propinandam consulant, nempe aut herbam per sese, aut ejus decoctum. Cit urinam, & menses: & vermes intestinorum necat. Legitur Autumno, & siccatur in umbra, una cum radicibus. Asari meminit Galenus lib. vi. simp. med. sic inquit. Asari radices utiles sunt, facultate similes radicibus acori, intensiores tamen: itaq. ex iis, quae de illis prodita sunt, hic facienda conjectura: haec tamen Galenus. Acipis sententia (sit tamen cum venia dictum) maxime dissentio, siquidem cum nulla in acoro dejectoria sit facultas, & Asarum, ut Dioscorides inquit, Mesues fateretur, & nobis experimento compertum est, veratri modo expurget, & bilem, pituitamq. & supernè, & infernè propellat, non video sanè cur acoro in omnibus suis facultatibus tam facile comparari possit. Planta Gracis *Asarion* ac etiam *Asarion* & *Asarion* vocatur: Latinis Asarum, & Nardum sylvestre appellatur: Arabibus, Asaron: Italis Asaro, & Bacchara: Germanis Asarina, Gracis, *Asarion*.

Hispanis, Asara bacchara: Gallis, Cabaret: Bohemis, ac pariter Polonis, Kopytnick Asarina, Gracis, *Asarion*: Italis, Asarina.

† Hae verba ut in Ruellio invenimus ita reliquimus. Sed admonendum esse lectorem duximus, ea non legi in Gracis nostris codicibus, neq. à Serapione referri: quod argumento est illa Dioscoridi accrevisse. Suspicionem augere, vel potius ita esse confirmare potest Oribasius, qui Dioscoridem transcripsit, & hac verba non habet. Sunt tamen Gracis sic scripta: *ἔχειν καυδὸν γὰρ καὶ τὸν ἀσάριον, ὅστις ἐστὶν ἡ ἀσarina, ἡ ἡδερὰ, ἡ ἡδερὰ, ἡ ἡδερὰ.* Id est: Habens cauliculos angulosos, subasperos, raros.

Asarum quoniam in coronas non addatur Plinio lib. 21. cap. 6. & Nardum sylvestris, quod Nardum vim, eodem auctore, habeat: vel quod odore nardum emuletur: nullam enim cum Nardo formam communem habet. Dicitur herbariis Asarum, Brunf. Trag. Lac. (cui & Asara Baccara) Fuch. Cord. hist. Gesn. hist. Lob. ob. Loni. Lugd. Tab. Dodo. fol. & gal. cui & Perpenfa & Vulgago. Asarum Nardum Sylvest. Cord. in Diosc. Asarum Nardum rustica, Castori. Asarum Baccaris sive baccarus, Lob. icon. Asarum, Bacchara vulgo, Cæsalpino. II. Asarina foliis Asari C. B. ad differentiam Asarinæ Lobelii, quæ foliis est hederæ terrestres, quam Hederam Saxatilem vocamus: Asarina, Matthioli, Castori, Lugd. & Taber.

PHU. CAP. X.

Phu, quod & aliqui sylvestrem nardum appellant, nascitur in Ponto, folio olusatris, aut elaphobosci: caule cubitali, aut altiore, lævi, a cavo, molli, in purpuram vergente, geniculis intercepto: floribus narcissi proximis, majoribus, & ex albicante purpureis: radice superius ad digiti minoris crassitudine, ex obliquo & villosa in nigri veratri, aut junci odorati modum: capillamentis invicem contextis, flavescentibus, odoratis, cum quadam odoris gravitate nardum emulantibus. Excalfacit: urinam movet, si sicca potui detur. Decoctum eadem praestare potest, ad lateris etiam dolorem efficax: menses cit: antidotis inseritur. Adulteratur radice rusci admista: sed maleficum deprehenditur, quoniam hæc dura est, & frangenti contumax, sine ulla odoris gratia.

Phu trium habetur generum. Majus, minus, & exiguum. Majus folio est Scabiosa, majori tamen, nec tot sectionibus diviso, caule cubitali aut altiore, lævi, cavo, molli, in purpuram vergente, geniculis intercepto, in cujus summitate florida extat umbella, flosculis in purpuram albicantibus. Radicem habet minimi digiti crassitudine, agnatis ex obliquo multis prodeuntibus Iridis, Acorive modo, capillamentisq. invicem contextis, flavescentibus, odoratis, quadam cum odoris gravitate Nardum emulantibus. Nascitur in montibus, uliginoso solo: ac etiam in campestribus, unde hoc tempore in hortos & viridaria transfertur. Minus, omnibus cognitum, foliis est Fraxini vel Sorbi, lavibus, nigricantibus, humi accubantibus: caulem, sed longiorem, & umbellam gerit, ut majus, sed magis habetur exiguum in omnibus suis partibus: radices habet numerosas, albicantes, invicem complicatas, Succisæ vocatae amulas, odore

D

cum

a Meum
per
a, i. in
medio
concavum.
b Oribasius non legit, nec ullum exemplum.
c Oribasius non legit villosa, sed *ὑακινθῶδης*.
d Omnia exempla tantum habent. Phu majus & ejus historia. Phu minus.



Phu exiguum.

cum quadam gravitate jucundo, Nardi modo. Nasceitur humecto solo. Exiguum, folio est majoris effigie, sed admodum parvo, caule anguloso, dodrantali, foliis utrinque per intervalla emergentibus, in cuius summitate umbella exit exigua, colore, ut in generibus dictum est, subpurpureo: radix illi parva, praelonga tamen, albicans, e qua numerosa oriuntur capillamenta jucundi odoris. Nasceitur in montibus, aquoso solo, & in pratis palustribus. Hanc non desunt qui putent Nardum esse montanum, sed decipiuntur. Leguntur in autumno omnium radices. Caterum non possum non scire, eos omnes bene sentire, qui majorem Valerianam sic vocatam legitimum esse Phu asserunt: quippe radices primum forma, odore, colore, ac ceteris in universum notis ab eis, qua sibi Phu ipsum adsciscit, haudquaquam recedunt. Inducant idem & folia, & caules: illa enim olusatro non sunt dissimilia: hi vero adolescunt cubitali mensura proceriores, leviores, inanes, molles, geniculati, & in purpuram vergentes. Flores tamen obfcuri videntur, qui in Phu lilii, vel narcissi effigiem praeseferunt, non autem umbella, vel muscarii speciem, ut in majori Valeriana visuntur: quanquam stoculi per se omnes, qui umbellam conspiciunt, forma narcissinos referant, in purpuram albicantes. Quo fit, ut cum Ruellio existimandum putaverim, hac de floribus verba esse a scriptoribus in Dioscoride depravata. Namque videtur nostras Valeriana, omnibus tum notis, tum qualitatibus adeo cum Phu convenire, ut revera dici possit, non aliud, quam ipsum Phu ad unguem referre. Et si non desint (ut audio) qui profiteantur Phu alterum a Valeriana se invenisse, quod floribus narcissi proveniat: at quia id pro certo compertum non habeo, & quia non desunt, qui talia fabulentur, non est, quid hac in re certi asserere possim. Phu minus, excalfacit & ficit valentius quam majus. Radix viribus omnibus praedita est, quibus & major, gustu tamen acrior est: quo fit, ut majori aperiendi, attenuandi, sit facultate. Nam & venenis magis resistit. Peculiariter autem valent ejus radices ad testium tumores a frigidityte, aut flatu genitos, si in vino decoquantur, & vapore sumi suffiantur testes. Phu minorum radicibus mirum in modum delectantur cati, adeo, ut e longinquo iis olfactus, adveniant, atque inventas devorent, continuo dum eos erodunt, atque delingunt, praesolatio murmurantes, tanta est huius plantae cum cati sympathia. Omnia genera odore commendantur: proinde eas vestibus quidam interponunt. Praestat Phu Antidotum miscetur ad venenosorum ictus, ex vino potum, & adversus pestilentiam non modo haustum, sed etiam olfactum: valet ad stranguriam ejus decoctum potum. Datur quoque utiliter anhelosis, & tussientibus, praesertim si coquatur cum dulci radice, uvis passis, & semine anisi. Devorata radix flatu pellit. Tota planta

Phu vires Matthioli.

virens una cum radicibus contusa, & capiti dolenti illita, dolores, & punctiones mulcet. Facit & ad oculorum vitia, & claritatem adjuvat ubi albo vino decoquatur, & deinde vinum in oculum guttatim instilletur: additur in porionibus vulnerum intrinsecorum magno juvamento. Phu minimum excalfacit & ficit, sed ceterum minus. Vires sunt illi, quae ceteris eadem, sed longe imbecilliores. Phu (ut scriptum reliquit Gal. lib. viii. simp. med.) odoratum quodammodo est. Huius herba radix nardo viribus similis, sed tamen ad plerumque infirmior. Urinam plus movet quam

Phu vires ex Galeno.

virens una cum radicibus contusa, & capiti dolenti illita, dolores, & punctiones mulcet. Facit & ad oculorum vitia, & claritatem adjuvat ubi albo vino decoquatur, & deinde vinum in oculum guttatim instilletur: additur in porionibus vulnerum intrinsecorum magno juvamento. Phu minimum excalfacit & ficit, sed ceterum minus. Vires sunt illi, quae ceteris eadem, sed longe imbecilliores. Phu (ut scriptum reliquit Gal. lib. viii. simp. med.) odoratum quodammodo est. Huius herba radix nardo viribus similis, sed tamen ad plerumque infirmior. Urinam plus movet quam

Carpesii Matthioli.

aut Indica, aut Syriaca Nardus: similiter autem ut Celtica. Simile Phu asserit ipse Galen. esse Carpesium, cuius cum nullibi meminerit Dioscorides, ut recte sciri possit quidnam senioribus Graecis fuerit Carpesium, in primis Galeni testimonio ejus vires & formam describam: is enim lib. vii. simp. med. sic habet. Carpesium simile est vocato Phu, non gustu tantum sed & facultate: sed plus habet tenuitatis, proinde magis eo etiam viscerum obstructions extergit, & urinam movet, renemque calculi degravatos expurgat. Non tamen eatenus tenuium est partium, ut liceat loco cinnamomi usurpare, sicuti faciebat

Quin-

III. PHU MINIMUM.



Quintus. Prestantius est Carpesium Ponticum Laërtio: non tamen vel ipsum cinnamomi viribus vicinum est, imò non parvo deterius optima casia. Nuncupatur utrunq, à montibus quibusdam Phamphilia, in quibus nascitur: ingensq, ejus proventus est in Syria. Et primo libro de antidotis inquit: Quintus (ut ajunt) quoties cinnamomum decrat, Carpesium, ut quod viribus nihil ab optima casia differret, in theriaca compositione imponebat. Ego idcirco ejus plurimum mecum attuli ex ea peregrinatione, qua Orientis provincias adi, diligenteq, repositum nunc usq, multum servo, quod odorem etiamnum & saporem, si non qualem prius habebat, certè nondum exoletum retinet. Est autem Carpesium herba pbu appellato genere similis, valentior tamen, atq, odoratum quiddam spirans. Plurimum hoc in Sida Pampphilia nascitur, emittitq, propterea illic vilissimo pretio: quocirca si quis vestrum illuc accesserit, Carpesii plurimum emat, cum id sibi longo tempore duraturum noverit. Tenuia autem sunt sarmenta, cinnamomi virgultu similia. Ejus duo reperiuntur genera, unum quod Laërtium; alterum, quod Ponticum cognominatur, à monte, in quo nascuntur, utraq, nomen adepta, sed Ponticum melius est. Quod tum ejus non parum haberem, permultis medicamentis admiscui, in quibus pbu vocata imponi debuerat. Est enim Carpesium pbu simile, valentius tamen, & in quo (ut dixi) nonnihil odorata qualitatis gustu odoratq, sentitur: hactenus Galenus. Verùm quid hac tempestate sit Carpesium; arduum sanè fuerit explicare mihi, & ceteris materia Medica scriptoribus: amersi Hermolaus, Ruellius, Fuchsius, ac etiam Monachi Mesuense exponentes pro certo exploratum habeant, Avicenna Serapionis & aliorum.

Quorū-
dam do-
ctorū vi-
rorū opi-
nio re-
probata,
qui Car-
pesium,
Cubebæ
esse sta-
tuunt.
Cubebæ
Arabum
ab offic.
differūt.

Quis piperi similes, qui vulgo *Cubeba* vocantur, legitimum esse *Carpesium*. Siquidem *Serapio*, quod *Galeno* *carpesium* vocatur, sub *Cubeba* nomine ipsius *Galeni* testimonio, sic describit: *Cubeba* est medicina facultate, & sapore *Phu* non ab simili, quamvis longe tenuior: quare obstructions totius corporis aperit, urinam ciet, & calculos renum pellit. In hac ferè sententia versatur & *Avicenna* *cubebas* *carpesium* appellans: quemadmodum & *Actuarius*, qui *Mauritanorum* nominata secutus, in quibusdam medicamentis *Carpesium* imponit, quod à barbaris *carpesium* vocari ait. Quibus auctoritatibus luce clarius patet, quod *Galeni* *carpesium*, & *Arabum* *cubeba* nulla ex parte differant. Veruntamen illud animadvertendum est, quod eos in errore versari existimem, qui credunt (ut *Hermolaus*, *Ruellius*, & *Fuchsius*) vulgares *Cubebas* plantam fructum, vel semen esse, eorum reperto neminem: nec minus probari posse putem, id usquam dixisse *Galenum*, qui *carpesium* describit his verbis. *ἡ δὲ ἰσὶς αὐτῆς ὡς ἡ ἰσὶς τοῦ καυλίου, καὶ τῆς ἀνθρακῆς τῆς ἀνθρακῆς τῆς ἀνθρακῆς*, hoc est, sunt autem tenuia sarmenta, cinnamomi virgultus similia: ipsumq; *Phu* & odore, & facultatibus adsimilat. Quapropter cum tantum *Phu* radices in usum medicum veniant, facile dici potest, *carpesium* *Galeno* potius radicem esse sarmenta, quam caulium: & praeipue cum asserat diu asservari posse, quandoquidem solidiores sunt radices, quam caules, qui facile in omni herbarum genere flaccescunt, & percutunt. Præterea cum *Galenus* alias cinnamomi virgultus similes fecerit: Adde etiam, quod in plantis non solum caules sarmentosi, verum etiam radices plures sarmentosa *Dioscoridi* appellantur. Quo fit, ut crediderim *Fuchsium* in suis *Paradoxis* immerito impugnasse *Leoniceum*. Ad hæc gustantibus nobis vulgares officinarum *Cubebas*, nullum prorsus *Phu* saporem deprehendimus: quod manifestè indicat vulgares *cubebas*, nec *Arabum* *cubebas* esse, nec *Galeni* *carpesium*. Ob id igitur, ubi & apud *Græcos* *carpesium* medicamentis admistum reperitur, & *cubeba* apud *Mauritanos*, *phu* eorum vice, cum sit *carpesio* in omnibus persimile, vel cæsa, potius quàm *cubeba* vulgaris usus, erunt subjiacienda. *Jacobus Sylvius* inter recentiores apprime doctus, quanquam novit *cubebas* nostrates *carpesium* non esse, non tamen animadvertit, nec etiam *Serapionis*, aliorumq; *Arabum* esse *cubebas*. Aberravit in *cubearum* historia etiam *Serapio*, quippe quicquid *Dioscorides* de rusco scriptum reliquit, is *cubebis* perperam reddidit. Cujus autem stirpis fructus vulgares *CUBERAE* hinc quidam

Leoni-
cenus à
Fuchsi
calumnià
defendi-
tur.
Sylvii er-
ror.

Serapio-
nis error.
Cubeba-
rum vul-
garium
confide-
ratio.

VII. CUBEBAE VUL-
gares.



non habeo, cum ex orientali plaga nobis peregrina afferantur. Et si eas dixerim odoratas esse baccas, racematim coherentes, corymborum hedera modo, qui gustui præter odoris gratiam, acrimoniam & amaroris tantillum relinquunt. Quibus constat, quòd ex calfacere valeant tertij ordinis initio, & siccant in fine ejus : quamobrem languentem ex pituita ventriculū, vel etiam ex flatu roborant : pectus à lentis crassiusq; humoribus expurgant. Lienem juvant, flatu discutiunt, & frigidis uteri affectibus auxiliantur : diu cum mastiche mansæ pituitam à capite trahunt, & cerebrum roborant.

D 2

Good

Quod ꝑꝑ Græcis omnibus, aliquibus etiam ἀγρία νάρδος dicitur: Latinis, Phu, & sylvestris Nardus: Arabibus, Fu: Italis, Valeriana: Germanis, Baldrian: Hispanis, herva benedicta: Gallis, Valerienne: Bohemis Koflyk: Polonis, Koflek. Phu minus, Græcè ꝑꝑ μινός: Italis, Valeriana minore: Germanis gemein Baldrian: Gallis, Valerienne des prez: Bohemis Kopitnik. Phu minimum sive Valeriana montana: Italis, Valeriana minima: Germanis, klein Baldrian.

VALERIANA Nardus quoque sylvestris dicitur, partim ob radices, quæ cum quadam odoris, gravitate nardum æmulantur, partim ob vires Nardo (auctoribus Galeno & Aegineta) similes. Dioscorides videtur una descriptione duo genera proposuisse: folia namque olusatris & radices forma, hortensis: at folia Elaphobosci & floris color sylvestris majori conveniunt. Duodecim autem species in nostro Phytopinace recensuimus, Matthiolus verò trium tantum meminit, de quibus hoc loco: cui & 10 rubram, cum in D. Camerarii editione habeatur, adjiciemus: & purpuream peregrinam.

I. Valeriana hortensis C.B. Valeriana vera seu Nardus agrestis, Trag. Phu magnum. Fuch. fol. Lon. Lugd. Phu. verum, Fuch. icon. Cord. in Diosc. Taber. fol. Phu majus, Cord. hist. Cast. Phu hortense. Ges. hor. Valeriana hortensis, domestica, genicularis, herba Benedicta, Dodo. gal. & fol. Valeriana major, Lob. Cam. hor. Valeriana optima & Carpesium Galeni. Cæs. Phu ponticum & Valeriana pontica. Tab. in iconibus. II. Valeriana sylvestris major, C.B. Phu Dioscoridis, Brun. 4. & Fabio Columnæ: Valeriana vulgaris, vel secunda, & Serpyllum majus, Trago. Phu Germanicum, Fuch. fol. Phu vulgare, Fuch. icon, Valeriana syl. major, Dod. gal. Lug. Thal. Tab. fol. Phu parvum, Lac. Phu minus, Matth. 4. Cast. Phu majus commune, Ges. hor. Valeriana vulgaris, Cor. in Diosc. Lon. Valeriana syl. Lob. Dod. Cam. hor. cui & Valeriana palustris major. Valeriana altera, Cæs. Valeriana major & herba benedicta, Tab. 20 icon. Variat hæc foliis, quæ aliquando vulgari decuplo majora sunt: aliquando minora & cinerea in sylvis cæduis, quam Tragus tertiam fecit. III. Valeriana sylvestris minor, C.B. & Lugd. Valeriana exigua vel quarta, Trag. Phu parvum, Dod. gal. Phu minus. Ges. hor. Lon. Tab. Phu minimum, Cast. Lugd. Matth. 4. cui & Valeriana montana. Valeriana minor sylvestris, Lob. Valeriana sylvestris, sive palustris minor, Cam. hort. Valeriana minor seu palustris, Thalyo. Valeriana minima, Dodo. Duum est generum, altera minore, altera majore est flore. IV. Valeriana rubra dicta. Ex radice candida odorata, mediocriter crassa longa que caules aliquot duorum dodrantum aut longiores rotundi læves geniculati exurgunt, quos folia viridia, lata, oblonga in acutum desinentia cingunt, in caulium fastigiis flores copiosi, oblongi, eleganti purpura rubentes, caudati, quasi racemati disponuntur: quibus semina oblonga, plumosa, succedunt. Aestivis mensibus floret. In rudibus Pisanis spontè, apud Germanos in hortis provenit. Radix, cum odorata & dulcis sit, cum levicula amaritudine & aliqua acrimonia, calida in secundo, sicca in primo compluribus censetur. 30

IV. Valeriana Rubra dicta.

V. Valeriana Peregrina Purpurea.



Hujus

Hujus habetur & altera species oblongo & angusto folio. Sunt qui Narcissum Virgilii & Columellæ in hortis censeant: alii Condurdum Plinii lib. 26. cap. 5. alii Struthii, alii Behen rubri: alii Polemonii speciem: alii denique Limonium. Polemonii altera species, Dod. gal. Limonium MonsPELLIENSIS, Polemonium alterum & Polemonii genus Fontanoni, Gesn. hor. & app. Ocymastrum Valerianthion, Behen rubrum Belgarum, Saponaria altera & Struthion Aldroandi, Lob. Valeriana rubra, Dod. Taber. Cam. hor. Phu peregrinum Parisiensibus, Phu latifolium, Cam. 4. Polemonii species, Dod. Lugd. Valeriana inodora tertia, Centaurea media quibusdam, Cæsalpino. V. Valeriana PEREGRINA purpurea. Ex radice parva, fibrosa, albicante, caulis prodit pedalis, viridis, rotundus, canus, striatus, quem folia pallide virentia, pauca, oblonga, Nardi montanæ similia, integra, sine pediculis cingunt: quorum
 10 tamen superiora ad exortum in crenas dividuntur. Caulis in ramos brachiatur, qui quasi umbellam (cui duo folia subjiuntur) floribus elegantissimis purpureis oblongis refertam, sustinet: quibus succedunt vascula oblonga calyces referentia, in quibus semen, altero tamen vasculo inclusum, continetur. Spontè in Latio provenit, in loco quodam Siculo dicto (unde Valeriana Sicula) ut & in Sabinis: ubi & flore albo reperiri ajunt: nunc in hortis Italiæ habetur, & in horto Illustrissimi Principis D. Friderici Ducis Wirtembergici, & Teccii, Comitris Montisbelgard, Domini mei clementissimi, quem Joh. Bauhinus, ejus Cellitudinis Archiater, frater chariss. Montembelgardi colit, nomine Nardi Creticæ cultam legimus. A forma Valerianam peregrinam purpuream nominamus, licet Nobiliss. Cortufus Patricius Patavinus, horti que Medici præfectus, nostri amantissimus, Tripolium esse censeat, cujus opinioni favet icon Tripolii in manuscripto Codice Dioscorideo, quem Nobilissimus Pinellus, Patavii in sua Bi-
 20 bliotheca habet. Hanc cum pictam Valerianæ Indicæ Imperati nomine a Doctore Paschali Gallo, Pi-ctaviensium Medico, rei herbariæ studiosissimo, ex Italia accepissemus, nec descriptam inveniremus, & descriptum in nostro Phytopinace, & iconem adjecimus: quo loci circiter centum & sexaginta ha-tenus non descriptarum plantarum breves descriptiones legere licet, plenius Deo duce, in universali nostra historia hæc tractaturi, omniumque icones addituri. VI. Carpesium, Cæsalpinus Valerianam majorem esse censet: quare Castor in suo herbario sub Carpesii titulo Valerianæ majoris figuram, quam Matth. in secund. edit. & Lac. habent, posuit. Censuerunt Arabum aliqui Rusci fructum Cu-bebas vocari, & apud Galenum 7. simpl. & 1. de Antid. Carpesium esse: quia de Carpesio nil invenia-tur apud Dioscoridem, ut de Rusco nil apud Galenum. Sed falluntur, cum Rusci fructus & à Cubebis Arabum, & à Cubebis offic. differant. Cordus in sua historia Carpesium nominat, id quod Matthio-
 30 lus & Lobelius pro pipere Æthiopico pinxere. VII. CUBEBAE officinarum quid sint ambigitur: alii ex genere piperis, & nigro piperi congenere, Theophrastoque piper rotundum dici volunt: alii vi-ticis fructum (at facultatis diversæ) existimant: Sylvaticus, Rusci fructum: alii Carpesium Galeni statuunt: at Cæsalpinus, Amomi legitimi fructum pronunciat. Verum hunc fructum Actuarius non-
 40 bis vocat: Medicis Arabibus hoc seculo, Cubebe vel Quabebe. Arbor malo vulgari similis, foliis pi-peris sed angustioribus, ramis per arbores Piperis modo repentibus, cujus fructus racematim cohæ-rent. Duum generum adferuntur, partim maturæ, partim immaturæ ab incolis collectæ: immaturæ leves, rugosæ, nucleo exiguo, flaccido: maturæ, æquali superficie, nucleo intus distento, quare illis ponderosiores. Cubebas vocant, Cord. hist. Cast. à Costa, Tabern. Cubebas offic. Lac. Cubebas Actu-arii & Græcorum *καρυόπιον*, Lonicerus.

40

Μαλαβάριον.

MALABATHRUM.

CAP. XI.

Malabathrum [arbitrantur aliqui esse Indici nardi folium, falsi quadam odoris cognatione: per-
 multa enim nardum olent, quemadmodum phu, asarum, niris. Secus autem res se habet: ut non
 namque Malabathrum folium sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes, lentis palustris modo legit in-
 innatans aquis, sine radice. Id collectum statim lino transiit, & ficcatur reconditur. Tradunt clusa.
 ficcatis æstivo fervore aquis, humum aridis fruticibus uri: quod ubi non evenerit, ne amplius qui-
 dem renasci.] Laudatur recens, ex candido nigricans, integrum nec fragile, odore caput feriens,
 quod diu in suavi odore permaneat, & nardum lapore imitetur, nullo salis gustu. Infirmum verò, &
 50 minutim contusum, præsertim si cariosum virus olet, vitiosum est. Eisdem nardo sortitur vires: sed
 efficacius omnia præstat. Urinam vehementius ciet, ac stomacho magis prodest Malabathri vis. Lip-
 pitudinibus, inflammationibusque tritum, & in vino fervefactum commodè illinitur. Subditum lin-
 guæ, oris halitum, & suavitatem commendat. Vestium quoque odorem interpositum servat & ab
 erosione tuetur.

Malabathrum, quod plerique folium Indicum vocant, qui hac ætate viderit, habeo neminem. Nascitur (ut
 Dioscorides inquit) in India palustribus tantum locis, aquis absque radice innatans, lenticula aquatica
 modo. Sed nec inde amplius ad nos advehitur, quod fortasse indigenarum culpa perierit in India, quemadmodum
 & balsamum in Syria. Etenim Dioscorides refert, Malabathrum non renasci, nisi ficcatis æstivo fervore aquis,
 60 bumus aridis fruticibus peruratur: quod cum jamdiu fortè non sit à natura factum, vel potius sit ab indigenis
 omissum, ob eorum negligentiam, facile postea evenire potuit, ut Malabathri genus omnino deperditum sit. Plini-
 us libr. XII. cap. XXVI. duorum meminit generum, quorum alterum arboris cujusdam Syriacæ folium esse ait,
 his verbis. Dat & Malabathrum Syria, arborem folio convoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad un-
 guenta: fertilior est ejusdem Aegyptus: laudatius tamen ex India venit. In paludibus ibi gigni tradunt lentis mo-
 do, odoratus croco, nigricans, scabrumque, quodam salis gustu. Minus probatur candidum: celerrimè situm in
 vetustate sentit. Sapor ejus nardo similis esse debet sub lingua. Odor verò in vino subservefacti antecedit alios: hætenus
 Plinii
 Malaba-
 thrum,

D 3

Plinij